2

DELICIAE GALLIAE SIVE ITINERARIUM PER VNIVERSAM GALLIAM.

COMPLECTENS ITINERA AB LVTETIA *Pariſiorum ad omnes Galliæ ciuitates & oppida : & quid in vnaquaque ciuitate, oppidoq; rarum viſendumq; ſit; Templa nempe, Delubra, Mauſolea, ædificia magnifica, cùm publica, tum priuata, Picturæ excellentium Artificum, Statuæ item, marmoraq; & inſcriptiones cum veteres tum recentes indicans.*



COLONIAE,
Apud VVilhelmum Lutzenkirchen.
Anno M. DC. VIIII.

NOBILI, VIR-
TVTE, ERVDITIONE MVL-
TARVMQVE RERVM VSV PRAESTAN-
TISSIMO VIRO, D. DANIELI A BAV-
vinckhauſen, illuſtriſſimo Duci VVirtem-
bergico à conſilijs, &c. fautori
& amico ſuo ſum-
mo.

GALLIAE, *quod Francorum hodie regnum vocant, laudes multi ac graues Scriptores paßim prodiderunt. Et ſanè ſolum ipſum, quod tu oculatus teſtis ipſe noſti, fertilitate, amœnitate, cœli ſalubritate & temperie nulli Europæ parti cedit. Ipſi incolæ corpore ſunt compacto, animo vigili, ore libero, læti alacres, ad arma proni; eodem numine Palladis & Martios animos loricatis pectoribus, & togatis præcordijs vim iudicandi inſpirante. De bellica eorum virtute ſic Strabo, vir peritißimus, genere Cappadox, eruditione Græcus, iudicio priſcus, incolatu Romanus, terrarum multarum peragrator.* Vniuerſa natio, eorum, *inquit*, qui Galli nunc & Galatæ appellantur, Martis ſtudio flagrans, animo eſt ſtrenuo ac celeri ad conferenda prælia; alioqui mente candida & ſimplici, & ab improbis moribus abhorrente. Itaque iniuria laceſſiti, conferti coeunt in certamina, apertè nulloque adeundi periculi reſpectu. *Infinitum ſit alia perſequi. Ingenia verò quum alia multa, tum noſtræ etiam & ſuperioris ætatis ſcripta ac orna-*

tiſſimè à doctiſſimis viris elaborata abundè probant. Antiquitatis quidem monumēta tam multa paſſim videre eſt, vt vix ipſa Italia plura habeat. Tum Lingua eorū hodie per vniuersū pene orbē ita trita eſt, vt qui eius imperitus ſit, ruſticus ferè habeatur. Hinc à noſtris hominibus tātā frequētia peragrari ſolet, vt incredibile videatur. Quū verò ipſam Corinthū (ſiue Galliā) adire nō omnibus detur: vir quidā doctus eorum quoq; qui domi manent, quin multo etiā magis ipſorum peregrinātium vtilitati ſibi conſulendū existimans, Vrbes ac loca inſigniora breuiter deſcripſit, addito Indice Viatorio: quā nos deſcriptionē in cōmodiorem libelli formā redactam, nunc publicamus, ac tibi inſcribimus, vt hoc qualicumq; munuſculo animū noſtrum cōteſtaremur. Quod ſupereſt, rogo hunc meum conatum bonam in partem Tua Nobilitas interpretetur; & vt hactenus, ita porro ſuo me fauore proſequi dignetur. Coloniæ XIV. Ianuarij M.DC.IX.

Nobil. Tuæ

addict. cliens,

Gulielmus Lutzenkirchen.

INDEX ITINERVM HVIVS LIBELLI.

ITER Lutetia Pariſiorum Fanum Dionyſij, Bellouacum & Ambianum 1.
Aliud iter Lutetia Pariſiorum Claremontium & Ambianum, indeque Boloniam, Giſnam & Caletum 3
Syluanectum & Peronam 5
Nouiodunum & Sanquintinum 6
Guiſiam 7
Aliud iter Guiſiam per Sueſſionem, inde Guiſiam 8
Laudunum ibid.
Rhemos, Rhetelas & Maſieras 9
Meldas ibid.
Aliud iter Laignium, Meldas, & Caſtrum Theodorici ibid.
Aliud iter Caſtrum Theodorici, Catalaunum & Verdunum ibidem.
Victriacum, Barum Ducis & Lignium 10
Sedane & San Deſiderij oppidum 11
Aliud iter Agendicum, San Deſiderium 12
Iainuillam 13
Trecas, Barrum ad Sequanam, & Lingonum vrbem vulgo Langres ibidem.
Chaumontium in Baſignio 14
Chaſtillonum & Veſontionem 14
Monaſteriolum, Senonum vrbem, Semurum, Diuionem, Auſonam & Dolam 15
Verdunum 18
Nuitzium, Belnam, & Cabillonem ibid.

✝ 3 Alii

Altiſiodorum ſiue Auxerram, Auguſtodunum, Tornuſium, & Matiſconem 20
Charentonum, Corbelium & Moretum 22
Fontem Belaqueum 23
Nemouxium 24
Montargium & Fanum forgeani 25
Chariteam, Neuerſium, Fanumpetri & Molinium 25.
Aliud iter Molinium, per Monthericum, Stapulas, vulgo Eſtampes, Aureliam, Biturigum vrbem, Dunum Regis, Molinium, indeque Roanam, Lugdunum, Grationopolim, & Embrunum 26
Romanſum, vulgo Romans 34
Viennam, Valentiam, Montilimarum, & Auraicum ibid.
Auennionem & Maſſiliam 36
Aquas ſextias 38
Arelatum 39
Rionum, Claremontium, & Brioudam 40
Sanflorum & Rhodez 42
Nemauſum & Aquas mortuas 43
Monſpeſſulum 46
Chaſtram, Heluiorum vrbem, vulgo Alby, & Biliteras vulgo Beſiers ibid.
Narbonam 47
Alethium 48
Toloſam ibid.
Caſtellum Rufum, Argétonum, Limoſium, Petram Buſſieram, Vzercham, Briuam, Cadurcum, Montaubanum, inde Toloſam, deindeque Muretum, Foixium, Coſerans 48
Comingiam ſiue Fanum Bertrandi, vulgo Saint Ber-

Bertrand 52
Samathanam & Lombeſium 53
Agenum, Beaumontium, Mirande, Auczium, Tarbe, Lourde & Cloronum 54
Bagneres & Pau 56
Lectourum 57
Neracum & Condomum 58
Perigordium & Miraumontium ibid.
Pleſas, Ambaxiam, Chaſtelheraultum, Pictauium, Engoliſmium 61
Cognacum 63
Santonum vrbem, vulgo Sainctes, Burdegalam & Daqs ibid.
Baionam 66
Rupellam vulgo La Rochelle. 67
Turonum vrbem, Lodunum & M[illegible]raus 68
Luſſonum & Talmontium 69
Rupem ad Yonnam 70
Beauvoirum ibid.
Bleſas, Carnutum, vulgo Chartres, Caſteaudunum, Vindocinum, Andegauum, & Nannetam 71
Lemans 74
Druydarum oppidum, Mortaigniam, Alenconium inde Vitriacum, deindeque Vannos Britanniæ oppidum 75
Rhenes ciuitatem 76
Dinan, Guingampum & Breſtum 77
Lamballes, Fanum-briei, Treguierum, Morlaixium, & San-Pauli oppidum ibi.
S. Malo 79
Falaiſe, Arboricam & Michaelis templum 79
Caſtra, Conſtantia 80
Mor-

PARISIORVM civitas, quondã Lutetia dicta, vulgari idiomate *Paris* dicitur. Si quiſpiam cui Paris nomen fuit, eam extruxit, non fuit ille Troianus, ſed alius natione Gallus, qui plus quã 260. annis ante vixit, quam mollis ille Priami filius natus eſt. Paris autem hic natione Gallus, ex ſtirpe antiqui illius Samothei prognatus erat, temporeque Noæ Patriarchæ Gallos politiam docuit, ipſoſque ad virtutem honeſtatemque inſtituit. Strabo eam Leucotetiam vocat lib. 4. vbi ſcribit: Secundum fluvium Sequanam ſunt Pariſii, qui vnam inſulam poſſident, & in ea civitatem Leucotetiam. Inſignium magnitudine vrbium præcipua cenſetur, populoque adeo frequens eſt, vt ei nulla alia par ſuperiorve eſſe videatur. commode ſita eſt, aeriſque clementia præſtat. Eius territorium tanta excellit fertilitate, quanta aliud nullum. nam frumenta habet, vinum, lacticinia, fœnum, fructus, herbas, & pecora: aquæ limpidæ grato cum murmure vndique fluunt: ager, quocunque tempore aſpectum ſui lætum præbet, & non minus populo dives eſt, quam ipſa ciuitas.

ITER LVTETIA PARISIORVM FANVM DOYSII.

Bellovacum, & Ambianum.

La Chappelle 1 o. S. Denis en France 1 Simul 2

DIONYSII Fanum vulgo *S. Denis en France*, oppidum, tam pulchro amœnoque ſitum eſt territo-

rio, vt ei par haud facile reperias. Mauſolea ſepulchra ve 32. aut 33. Franciæ regum in eo ſunt, inter quæ regum Ludouici duodecimi & Franciſci primi magnificentia prælucent: ibique viſitur vas ex Porphyritico lapide, tantæ capacitatis, vt modium aquæ contineat. In Abbatia vas eſt ſiue labrum fontis prægrande, ex vno ſolo lapide excavatum, in eius ora ſculptæ ſunt ſtatuæ parvæ, imagines exhibentes eorum quos gentes pro diis habuerunt.

Pierre fitte ou ficte 1 S. Brixe 1 Moixelles 2 Preſles 2 o. Beaumont 1. abbatia Piſieux 2. S. Geneſeve 2. Tillart 1. Beſcourt 1. Varemy 1. Luſne 1. o. Beauvais 1. Simul 15½.

BELLOVACVM, vulgo *Beauvais*, in apprime pulchro ſitu conſpicitur. Habet enim ab vno latere montes non adeo altos, colleſque fertiles, ab altero prata, paſtionibus apta, & agros ſementi excipiendæ commodos; nec vinum, nec aliquid humanis vſibus neceſſarium ei deeſt. eius incolæ, præſertim fœminæ, multis gaudent privilegijs à Rege Franciæ, Ludouico vndecimo cõceſſis anno ſalutiferi partus 1472. quo Carolum Burgundiæ Ducem obſidionem oppidi Bellovacenſis ſolvere, reque infecta diſcedere coegerunt fœminæ. Epiſcopus Bellovacenſis ſe Parem Franciæ, & Comitem ſcribit Bellovacenſem.

Leſquipee 1. o. Crevecur 4. (Tranſi nemus Cattay) Fontaines 2. (Hic ſunt frequentes fontes)

Bover-

Boverne ½. *Croiſy* ½. *Leſcau Tilloi.* 3.
Champigneul 1½. o. *Amiens* 3.

Simul 15¾

Aliud iter LVTETIA PARISIORVM CLAREMONTIVM & AMBIANVM, indeque Boloniā, Giſnam, & Caletum.

Fanum Dioniſii vſque numerantur in itinere præcedenti mil. 2. *Pierre fiſte* 1. *Sercelles.* ½ *Vilers le bel* ½ ; *Eſcovan (relinquatur ad dextram, Palatium eſt magnificum Momorencij Ducis.)* o. *Le meſnil en France* 1. *Champ-ſtreux ad dextram,* o. *& arx Luſache* 1. *(tranſi ſylvam.)* o. *& arx Morlaye* 1. *Gouvieux* 1. *(Vide ſtagnum valde longum, & munitionem Iul. Caſ. in monte.)* *S. Leu de Serans* 2. o. *Montataire* 1. o. *Ruſſelen* 1. o. *Carbonne* 1. o. *& arx Clermont* 1.

Simul 14.

CLAREMONTIVM, vulgo *Clermont*, oppidum in Comitatus decus evectum eſt, iureque Apanagii (vt vocant) à Rege Franciæ Luduico nono datum Roberto filio.

S. Iuſt 2. o *& ab. Bretueil* 6. *Le Queſnoy (relinquatur ad dextram) Flaez.* ½ *S. Sanlieu relinquatur ad ſiniſtram: Le Dieu de pitie* ½ *Haulcourt (tranſi ſyluam)*

Dury 1 o. *Amiens* 1 Simul 13½

AMBIANVM, vulgo Amiens, Belleforeſtius Ambianum vel Ambiaquenſem dictam putat, tanquam aquis cinctam, quod cum eius ſitu convenit, aquis enim fluvii vulgo Somme dicti ambitur, munitioribuſque totius Galliæ adnumerandum eſt Ambianum: Foſſis enim pulchris vallatum, pro muro claveque Picardiæ habetur. Incolæ multis privilegiis claruerunt, à præſidio extero ſubſidiiſque immunes fuerunt. tam hominum induſtria, quam natura munita eſt Ambianum, vt vel pauci numero, medio tribus hoſtium copiis poſſint reſiſtere.

o. *& arx S. Avin* 2½ *Donqueure* 1. o. *Turen* 1. *Noyelles en chauſſes. Pouches* 2½ *Dompiere* 2½ *Bures les ſecques* 1½ o. *Monſtreul* 2½ *Bacq d' Autm* 1. *Brequeſen* 1 *Frencq* 1½ *Neuf Catel* 2 *(tranſi ſylvam) Hardelot* 2 *Le pont de Bricque* 1. o. *& arx. Boulorgne* 2 *Simul* 25

BOLONIA oppidum, vulgo *Boulongne*, veteribus Geſſoriacum dictum fuit. Portus eſt & ſtatio navibus idonea, diviſa in ſuperiorem & inferiorem. Burgum tantum fuit antequam Angli id obſederunt: inferius oppidum alluit mare. Apud cœnobium fratrum Minorum, quod haud longe à mari diſtat, conſcendunt naves, in Angliam traiicere volentes, inde enim breviſſimus eſt traiectus in Angliam. Diſtat inferius oppidum 100. paſſibus à ſuperiori, quod clauſum eſt muris validisſimis, foſſiſque raræ profunditatis vndique cingitur. Totus hic tractus ſabuloſus eſt, eiuſque generis Arenæ, quam vrentem vocant, id in cauſa eſſe autumant, derivari Boloniæ nomen, à verbo vernaculo *bouiller* & *bouillonnement*. Æternum

Galli-

Galliæ decus eſt Bolonia, quod in ea natus ſit Gothofredus Euſtachii Bolonienſis Comitis filius, Lotharingiæ Dux, qui quod primus in vrbem Hieroſolymam irrupiſſet, liberis Principum omnium qui aderant ſuffragiis, dictus eſt Rex Solymorum.

Marquiſe 3½ o Guines 3 Simul 6½

GVINES oppidum eſt, & munitio diviſa in partes duas: vna ſitum obtinet in plaudibus, altera in continenti, natura loci robuſta eſt, munitioneque à ſitu tam firma, vt expugnari aut capi poſſe impoſſibile videatur.

o. *Hames* 1. o. *Calais* 1 *Simul* 2

CALETVM, vulgo *Calais*, oppidum, portus tantum Romanorum tempore; ſed ei adiectas domos fuiſſe, ædificiaque, quo à ſe vim depellere poſſent incolæ, veriſimile eſt: deinde longo tempore in Burgum (vt appellant) excrevit: tandem Philippus, Bolonienſis Comes, Regis Ludouici noni, cognomento Sancti patruus, cum muris cinxit, portumque reparavit, ac munivit, vt vallum ſeu propugnaculum eſſet contra Anglos, & vt ibi claſsis maritima inſtrui poſſet. Eduardus Angliæ Rex, eius nominis tertius, poſt pugnam ad Creſſiacum, Caletum obſedit, obtinuitque id deditione poſt annuam obſidionem.

ITER LVTETIA PARISIORVM SYLVANECTVM & PERONAM.

La villette S. Ladre ½ *Le Bourget* 1½ *Lepont Yblon* ½ *Vaulx de Rolant* 2. o. *Louvies en Pariſiz Gueſpelle* ½ *S Ladre* ½ *La chapelle* 1. *Pont Harmen* ½ *Senlis* 1. *Simul* 9

SYLVANECTVM oppidum, vulgo *Senlis*, antiquitate eſt ſuſpiciendum, & ita Latinis dictum, quod o-

lim in medio ſylvarum ſaltuumque fuerit. Quamvis Cæſar, Strabo, Ptolemæus huius oppidi nullam faciant mentionem, non tamen inde inferri poteſt, recens eſſe oppidum. Franci enim, qui Gallias primi occuparunt, hanc regionem inter præcipuas poſuere. Sedes eſt Baillivi. Epiſcopo etiam ſedem præſtat.

S. Yſſle 2 (in ſylva ſitum eſt.) Pont S. Maxence 1 (loca hic ſunt paludoſa.) 0. & arx Gournay 4. Arſon ſur mare 2. 0. & arx Roye 3. 0. Nelle 2. Haplincourt 2. 0. & arx. Peronne 1. Simul 17

PERONNA, vulgo *Peronne*, oppidum eſt, clavíſque Franciæ ab eo latere vbi ſitum. In eo olim Heribertus Veromanduorum Comes captivum detinuit Francorum regem Carolum, qui ſimplex dicitur, in qua fuit vſque ad annum nõgenteſimum viceſimum nonum, quo tempore regum miſerrimus Peronæ in vinculis deceſſit, condituſque eſt in æde Furſei, vbi tumulus eius liliis aſperſus hodie quoque viſitur.

ITER LVTETIA PARIS. NOVIODVNVM & S. QVINTINVM.

Syluanectum in itinere præcedenti numerantur mil. 9. Malegneuſe 2 (eſt in ſylua) Vilers S. Framboul ½ extra ſylvam 1 Villeneufve 1 (lutoſum valde iter eſt cum pluit, ideoque linquatur tunc ad ſiniſtram) La ville prieure de villeneufve ½ 0. Verberie 1 La croix S. Oyan 2 (eſt in ſylvarum medio) Compendium la iuſtice & moulin à vent 2. (linquatur ad ſiniſtram.) Le Bacq à Choiſy 1. Le petit Bacq à Berry Moulin de vent Riſbecourt La gaillardiſe ½ Chery la vallee ½ Le paſſet ½ ab:

Mont

Mont Regnaud.o. & Ep. Noyon ½ *Simul 20½*

NOVIODVNVM, vulgo *Noyon*, civitas antiquitatis notas non vulgares oſtendit. Cæſar enim ſcribit ſe eam Belgis eripuiſſe, caſtraque ad eam poſuiſſe. Sedes regia fuit tempore Caroli Magni, nunc Epiſcopali ſede nitet. Eius Epiſcopus ſe Comitem Noviodunenſem & Franciæ Parem ſcribit.

Maiſini 2 (lutoſum hic iter hyberno tempore) Goulancourt arx 1 (Han vide Sacellum Anglicanum & veſtigia ipſorum caſtrorum) Leſquippee 2. (territorium planum hic eſt) S. Quintin 3 *Simul 8*

FANVM QVINTINI, vulgo *S. Quintin*, nomen adeptum eſt à S. Quintino, qui in eo martyrium paſſus eſt. Comitatus Veromanduorum primarium vnicumque eſt oppidum, quondam Augusta Veromanduorum dicta fuit. Cæſar facit eius mentionem. Sedes fuit Comitum Veromanduorum, extrema paſſum eſt Anno 1557. quo expugnatum fuit à Philippo rege Hiſpaniarum.

ITER LVTETIA PARIS. GVISIAM.

Noviodunum in præcedenti itinere nume. 20½. Babus 1½ (linquatur ad ſiniſtram) VVarcipont ½ Mareiz 1 O-igne 1. o. Chanoy ¼ (tranſi per ſuburbia) Vitu 1 La croix de bois ½ (linquatur ad ſiniſtram.) Voyay ½ Queſſy ½ Barmont 1 Le Banduel 1. Mony 1 Alaincourt ½ Breteg-ny ½ Meſieres ½ o. Ripemont ½ Luy ½ Rebatu ½ Cortiumelle ½ o. Guiſe 2 *Simul 35*

Aliud iter Lutetia Pariſiorum Guiſiam per SVESSIONEM, inde GVISIAM.

La vilette S. Ladre ½ Le Bourget 1½ Pont Yblon ½ o. Meinil madame Rance 3½ Villeneufve ſouz Dammartin 1. Folempriſe 1½ Nantueil 1½ Peray 1. Levignan 1 Vaulmoiſe 1 Valſienne 1. Villers coſte Rez 1 Sault de Cerf 2½ Crevancon 1½ o. & ep. Soiſſons 1½ Simul 31½

SVESSIO, vulgo *Soiſſons*, civitas Epiſcopalis eſt. Ptolomæus eam appellat Auguſtam Veſſonum. Iulij Cæſaris tempore regni titulo illuſtris erat, & poſtquam Romani Gallias ſubiugarunt, Prætorum, qui eorum nomine Belgio præerant, ſedes fuit. Rex Francorum Clodoveus ipſam eripuit Siagrio, Gilonis Romani Prætoris filio, qui Rom. Imp. vices obibat, & poſt mortem Clodovei eius filij, regiæ civitatis decus ei tribuerunt. Cum Carolomannus & Carolus, qui à rerum geſtarum magnitudine cognomen Magni adeptus eſt, inter ſe paternam hæreditatem ſortirentur, hæc civitas caput regni facta eſt: poſtea autem Comitatus titulus ei fuit attributus, quo adhuc inſignitus eſt Carolus Borbonius Ludouici Principis Condei filius.

Ville neufve 1 Creſſy 2 Nogeat Vourdrain 2. Cauſſy 1 o. La Fere 2. La certe 3. Bretaigne 2 o. Guiſe 1 Simul 14

GVISIA, vulgo *Guiſe*, oppidum eſt, & inſignis munitio, vetuſq; patrimonium primogeniti Lotharingiæ Ducis.

ITER LVTETIA PARIS. LAVDVNVM.

Sueſſionem vſque in itinere præcedenti numerantur mil. 21½

21½ Creny ½ Petit.Grandfretu ½ Chavignon 1.Voſay 1 Eſcovelle 1. o. & ep. Laon ½ *Simul 28*

LAVDANVM, vulgo *Laon*, ciuitatem, à Macrobio Prætore conditam, dicit Papyrius Maſſonius in ſuis Annalibus, ſummo in colle ſita eſt. Sedes regis fuit. Archi præſules hu ius ciuitatis ſe Duces, & regni Franciæ Pares ſcribunt.

ITER LVTETIA PARIS. RHEMOS, PETELAS & MASIERAS.

Pentin 1. Bondiz 2. Liury ad ſiniſtram. Ville Pariſi 1. Claye 2. Villeroye 2. Guay ſur Treſme 4. Liſy ſur Ourcq 1 o. Coulon 2. Gandelu 1. Hauteneſme 1. Chomelan 2. La croix 2 VVales 1½ Sannongay 1 Fere 1 o. Neſſe 1. Cohan 1 Igny 1 Lagiery 1 Trameri 1 l'Vrigny 2 ciu. Remis 1. *Simul 31½.*

RHEMORVM ciuitas, vulgo *Reims*, antiquitus dicta fuit Durocotorum. Inter magnas & præclaras Galliæ ciuitates locum tuetur, vicinorumque populorum geſsit principatum. Fundata eſt multis ſæculis antequam vrbis Romæ fundamenta iacerentur, Initium nomenque habet à Remo Celtarum rege, ſecundum Manethonem: Archiepiſcopi ſede fulget, qui Eccleſiæ Gallicanæ Primas eſt, & in ea ciuitate coronam Galliæ regi imponit.

Bourg ſur Iuyſpe 2 o. Retel 5 Simul 7

RETEL oppidum Ducatus titulo inſignitum eſt.

Maſernay 3 Machon 3 o. Maſieres 1 Simul 7

MASIERES oppidum ad Moſam ſitum, inſigniter munitum eſt, nec facile expugnari poſſe iudicatur.

ITER LVTETIA PARIS. MELDAS.

Claye

Claye vſque num. in itinere præcedenti 5. o. *Meaux* 4. *Simul* 9

Aliud iter Lutetia Pariſ. LAIGNIVM, inde MELDAS.

La Piſſotte 1 *Gournay* 3 o. *Lagny* 2 *Simul* 6

LAIGNIVM, vulgo *Laigny*, oppidum eſt vetuſtate inſigne, cuius rei faciunt fidem ædificia, & præcipue Abbatia in vertice montis. Ad oppidi partem Septentrionalem eſt fons, eximiæ pulchritudinis, & quo vix alius venuſtior in hac regione poſſet inveniri.

Trillebardon 3 o. *Meaux* 2 *Simul* 5

MELDÆ oppidum, vulgo *Meaux*, cui ab aquis nomen inditum, longe pulcherrimum habet proſpectum. Sede Epiſcopali ſeſe effert.

Trilleport 1 *Monceaux* (*domus delitiarum reginæ Franciæ Catharinæ Mediceæ*) *linquatur ad ſiniſtram. S. Iean des deux Iumenaux* 1 *Fay ſur marne* 1½ o. *Ferte au col* ½ *Luſancy* 1 *Mery S. Calixte* ¼ *Nantoy* ½ *Crouſe* 4 *Chailly* 1 *tranſi ſylvam Hargut dictam*) *Mont de Beuvay* 1 *Eſſeaulme* 1 o. *Chaſteau Thierry* ½ *Simul* 9½

Aliud iter Caſtrum Theodorici, indeque CATALAVNUM & VERDVNVM.

Meldes S. Iean des deux Iumeaux vſque numerantur mil. 2. *Sameron* 1. *Port à Coulay* 1 *Les moulieres de chantecocq Sittery* ½ *Nogent lartaul* ½ *Ab. Chery* 1 o. *Chaſteau Thierry* ½ *Simul* 9½

CASTELLVM THEODORICI, vulgo *Chaſteau Thierry*, oppidum, Metropolis eſt Briæ, Ballivatus, Præſidialique ſede ornatum.

Parroy 2 *Savigny* 1 *Dormans* 1 *Port Banniſſon* 2 *La*

cave

cave deliury 1 *Pouſſelot ſoubz Borſaut. Mardeu* 1. o. *Eſpernay* 1 *Iallon* 2 *Matrouge* 2. *Pluvot* 2. o. *Chalon* 2
Simul 17

CATALAVNVM, vulgo *Chalon*, civitas eſt: ad hanc, non autem in Languedocia à Romanis (quibus coniuncti erant Gothi, & Francorum rex Meroveus) acerrimo prælio ſuperatus fuit ille Hunnorum rex Attila, flagellum Dei dictus. Epiſcopalis eſt civitas, eiuſque Epiſcopus ſe Comitem & Franciæ Parem inſcribit.

Eſpine 2. *Les Verrieres* 4. o. *Clermont* 2. *Sermoiſe* 1. o. *Verdun* 2. *Simul* 11

ITER LVTETIA PARIS. VICTRIACVM, Barum Ducis & Lignium.

Eſpernay in præcedenti itinere num. mil. 27½ *Eſtreys* 6 *May* 2. o *Victry* 4. *Simul* 39½

VICTRIACVM, vulgo *Victry*, à Legione Romana Victrice dictum oppidum, ſedem Baillivo præſtat, cuius iuriſdictio ad 35. aut 40. miliaria in quadratum extenditur.

o *Barleduc* 9

BARVM DVCIS, vulgo *Barleduc* oppidum eſt inſigne, Ducatus Metropolis.

o. *Ligny* 4.

LAIGNIVM, vulgo, *Ligny*, oppidum eſt celebre

ITER LVTETIA PARIS. SEDANE, S. DESIDERII oppidum.

Laigny vſque in itinere præcedenti num. mil. 6. *Cochy* 1. *Coville* 1 o. *Treſſy* 2. *S. Blandin* ½ *Plommenſe*

meuſe 1½ *S. Auguſtin* ½ *Chailly* 1½ *S. Renii* 1½ (*linquatur ad ſiniſtram.*) *Mauret* 2. *Treſou* 1. *Champguyon* 1. *Noue* 1. o. *Sedane* 1. *Pleurs* 3. *Courray* 1. *Garganſon* 1. *Semcoine* 1. *Mailly* 2. *S. Eſtienne* 4. *Sonſeys* 2. *Brandovilleers* 1. *Chaſtillon ſur Brenay* 1½. (*hic videntur multi lacus & nobilium Palatia*) *Giffonlemont* 1. *Branlecourt* 1. (*tranſi ſyluam Marmauſſe.*) *Eſclaron* 1. o. *S. Deſier.* 1½. Simul 43.

Aliud iter AGENDICVM, S. DESIDERIVM, indeque TVLLIVM & METIM.

Pont charenton 1½ *Croteil* 1. *Boiſſy* 1. *La vallé des gros bois* 1. o. *Brie Conte Robert* 2. 6½. *Suynes* 1. *Guigne putain* 2. *Mormand* 1. *Grand puis* 2. *La Maiſon rougne*. *Naugis* 2. *Rampillon* 2. *Velaine* 1. o. *Provins* 2. Simul 19½

AGENDICVM, vulgo *Prouins*, oppidũ roſis rubris ſuave olentibus, conditis & dulciariis, quæ ex ijs æſtivis menſibus fiunt, ita excellit, vt toti Franciæ illius nomen celebre ſit.

Ville nauſſe 3. *Boulage* 1½. *Douvenien* 2. *Angluſe* 1. (*hic creſcit vinum præſtans.*) *Arſy ſur Aulbe* 3. *Rameru* 3. *Margery* 3. *Mont Benault* 1. *Vaſſy* 2. (*hic ſunt limites Campaniæ & Barreſii, vulgo* Barrois.) *S. Deſier* 4. Simul 23½

SANCTI DESIDERII oppidum, vulgo *S. Deſier*, Carolus V. Imp. obſedit, deditioneque obtinnit anno 1544. ſed pacta pace Galliæ Regi redditum fuit.

ITER LVTETA PARIS: IANVILLAM aut IANIVILLAM.

Mally in dicto itinere verſus S. Deſiderium num. 29½ *S. Compagnie Egyptienne* 4 *Corbat* ½ *Margery* 1 *Cacheracourt* 1. *Ionquereul* 1 *Droye* 1 *Montirandel* 2 *Bailly* 2 (*tranſi ſyluam Duſage*) *Ragiecourt* 1 *Norancourt* 1. o. *Ianville vel Iainville* 2. Simul 46.

IANIVILLA, vulgo *Iainuille*, ab hominum patre Iano dictum, familiæ Guiſiæ eſt Apanagium, vt vocant. In eo eſt tumulus Claudij Ducis Guiſiæ, qui inter præcipua & præclara totius Galliæ opera recenſetur. Evectum eſt hoc oppidum in Principatus faſtigium tempore regis Henrici ſecundi. Ab eo dependent Baronatus vulgo dicti *de Sailly*, aliæque arces, vici, pagique.

ITER LVTETIA PARIS: TRECAS, vulgo *Troye*, BARRVM ad Sequanam & Langres.

Provins in itinere præcedenti numer. mil. 19½. *S. Ordin* 1. *S. Metian* 2 o. *Negent ſur Seyne* 1. (*relinque Paraclit monaſt. ad dextram.*) *S. Aulbin* 1. *Les trois maiſons* 2. *Le Pavillon* 2. o. *Troye* 3 *Simul* 31½

TRECAE, vlgo *Troye*, civitas eſt Epiſcopalis, eius Poli latitudo eſt 47. grad. aliquotque minut. verſus noſtrum polum Arcticum. Inter maiores & ampliores Francici regni civitates recenſetur.

Bremande 1 *Lavacherie* 1 *S. Patre ſur Vaul* 2 *Chappes* 2 *Foucheres* ½ *Bourgignon* 1 *Bar ſur Seine*

Simul 7½

BAR-

BARRVM ad Sequanam, vulgo *Bar ſur Seine*, oppidum eſt Burgundiæ, Arce & Ducatus titulo inſigne.

Loche 2 Aultricourt 1 Rus les Aux 1 Doeſemoy 2 Arcq en Barrois 2 S. Martin 2 Burmanne 2. o Langers 1½

Simul 13

ITER LVTETIA PARIS. CHAVMONTIVM in Baſſignio.

Provins in præcedenti itinere numer mil. 19½ Ville Naviſſe 3 Pont 2 S. Sepulchre 5 Boy 3 Luſigny 2 Henreville 4 Ab. Clerevaux 2 Roeſuepont 2 Ville neufve 3 arx. Chaumont 3

Simul 48½

CHAVMONTIVM, vulgo *Chaumont*, arx eſt antiquitate celebris in rupe ſita, præaltiſque muris turribus foſsiſque munita. Ad occidentalem eius partem Turris, vulgari lingua *Le Donjon & la haute fueille* dicta, viſitur. Olim ſedes fuit palatiumque Comitum Campaniæ. Nullus hanc arcem fluuius alluit, neque aqua ei ſuppetit, præter eam, quam Ciſternæ præbent, & fons qui ad pedem Turris eſt. Cives negotiantur panno linoque, Textoreſque pannorum locum primum obtinent inter mercatores, qui hic opulenti prædiviteſque ſunt. Arcis territorium fertile eſt admodum, abundanſque, agricolarum labor autem induſtriaque id multo fertilius reddunt.

ITER LVTETIA PARIS. CHASTILONVM ad Sequanam & VESONTIVM.

Barrum ad Sequanam in itinere præcedenti numerantur mil. 39 Villeneufve ¼ Pont ſur Seine 1 Buſſeul 1 Neufville ½ Oye ½ Gonteron ½ Le goule d' Auguſtine o. Muſ-

Mouſſy lereſque 1. Cheretierry 2. Potieres ½ Varrenne ½ 0. Chaſtillon ſur Seine ½ Simul 47½

CHASTILLONVM ad Sequanam vulgo, *Caſtillon ſur Seine*, oppidum eſt inſigne.

Volaine 3. Ricey 1. Mons Augon 2½. Ab Tulley 1. 10½. Chargey 1. Grey 1. Chantonnay 2. Villefrancon 1. 0. Gys 1½. Chevre 2. Chaſtillon le Duc ½. 0. Beſancon 2. Simul 19½.

VESONTIO, vulgo *Beſancon*, civitas eſt Imperialis, libera, Comitatus Burgundiæ Metropolis. Olim Chryſopolis dicta fuit, quod eius portæ ſpiſſo puroque Auro obductæ fuerint: ſita eſt commodo fertilique territorio circumdata enim eſt ditibus colliculis, qui vineris conſiti ſunt & pulchris profundiſque ſaltibus. Alduaſdubis fluvius eam interſecat, eiuſque potiorem partem concludit, reliquam partem, ad portam qua Dolam itur, fluvius non alluit: fructus dulces largitur territorium Veſontinū, aucupio capta caroque venatica in civitate vili venduntur: pro horreo totius provinciæ haberi poteſt.

ITER LVTETIA PARIS. MONASTERIOLVM, SENONEM, SEMVRVM, Divionem, Auſonam, & Dolam.

Brie Conte Robert vſque in itinere præcedenti numer. mil. 6½. Eſury 1. Limoges 1. S. Germain 1 Sivry 2. Chaſtelet 1. Valence 2. 0 Monte eau ou faut Yonne 2. Simul 16½

MO-

nec queruli exiſtunt, delectanturque extraneorum conſuetudine: civitatis territorium fertile eſt, præſertim vinetorum; nec ſunt ſilentio prætereundæ violæ odoris ſuaviſſimi, aliaſque omnes Franciæ odore & pulchritudine vincentes.

Iully 1. *Soray* . *Lacugny le ſecq* 1. o. *Viteau* 1. *Villy* 2. *Sommaiſe* 1. *S. Seigne.* 2. *Val de Suſon* 2½. *Fontaine* 2. o. *Dyon* ½. Simul 13½

DIVIO oppidum, vulgo *Dyon*, in pulchra planitie ſitum obtinet; ad eius latus mons eſt, qui ad Maſsiliam protenditur, in quo optima Galliæ vina creſcunt: ſitu munitum eſt Divio, magis autem artificio, magnis propugnaculis nempe, faſtuoſiſque munitionibus. Imperator Aurelianus oppidum ampliavit, eiuſque pomeria protulit. Qui in Maiorem huius oppidi eligitur, vel invitus & renitens id onus ſuſcipere cogitur, iuramentumque præſtare in templo Divæ Virgini dicato, cum à Procuratore regio de eo interpellatur, ſe regi fidelem fore; deinde ſe defenſurum iura, libertates & privilegia civium, adverſus ipſum regem, qua neceſſe ſit. Ad quartam miliaris partem, extra oppidum duo colles & promontoria viſuntur, in vno monte admiranda Arx *Talant* dicta, in altero Arx & pagus, qui vulgo *Fontaines* dicitur, vnde originem traxit D. Bernardus, caput ordinis Clarevallenſis.

Aſtelle 1. *Favernay* 1. *Ianlay* 1½. *Soran* 1. o. *Auſone* 1 Simul 5½

AVXONA, vulgo *Auſonne*, oppium eſt Ducatus Burgundiæ celeberrimum.

Iove 1½. *S. Pan* ½. o. *Dole* 1½. Simul 3½.

BELNA, vulgo *Beaulne*, oppidum rara antiquitate celebre, in territorio pingui fœcundoque ſitum præcipuè vini; quod inter Franciæ optima habetur. cinctum eſt validis mœnibus, foſsis profundis, altiſque propugnaculis. Arx munita in eo eſt, quam extrui curavit rex Francorum Ladovicus XII. Aurelianus Imp. Belnam ampliavit, ornavit: quę ubique eſt pulcherrimum celeberrimumque Xenodochium, quod regio Palatio, quam domui pauperum ſimilius eſt. Viſitur quoque in huius vrbis territorio illud fama perinſigne Ciſtertienſium Monaſterium, cui nomen inditum à frequentia ciſternarum. ſitum eſt in horrenda profunditate ſyluæ obſcuræ: id Odo aut Odon eius nominis primus *Burgundiæ* Dux, extrui curavit anno Chriſti 1098. caput eſt 1800. monaſteriorum virorum eius ordinis; Virginum autem & monacharum eiuſdem ordinis fere totidem;

Channy 3. *Germole* 1. 0. *Chalon* 2. *Simul* 6.

CABILLO, vulgo *Chalon* vrbs vetuſtatis nomine præſtat. Cæſar ipſam Romanorum horreum fecit, & locum in quo impedimenta & annonam reponeret. Comitatus titulo clarum fuit. Burgundiæ Duces eam acquiſiverunt à Ioanne, Stefani filio Burgundiæ Comite & Domino Salinarum anno Chriſti 1256. Vrbis nobiles multis privilegiis gaudent, & inter omnes Gallica lingua vtentes, humani & affabiles ſunt, quin etiam cæteris ornatius lingua Gallica loquentibus adiunguntur, quam ſtudent exornare. Attila Hunnorum Rex, vrbem excidit; ſed iuſſu regis Burgundionum reſtituta, ipſe in ea fixit ſedem.

ITER LVTETIA PARIS. ALTISIODORVM ſiue AVXERRAM, Auguſtodunum, Tornuſium, & Matiſconem.

Senonen vrbem vſque numer. mil. 24⅓. *Veron* 2. *Ville neufve le Roy* 2. *Guary* 1. *Ville valier* 1. *Villechieu* ½. *S. Aubin* ½. *Ivigny ſur ione* 1 *Eſpineau* 1. *Buſſou* 2½. *Eſpingney* ½. 0. *Auxerre* 2.
Simul 38¾.

ALTISIODORVM ſive AVXERRA vulgo *Auxerre*, oppidum Burgundiæ Ducatus nobile eſt.

0. *Crevant* 3. *Volternay* 1. *Grole* 1. 0. *Avalon* 1. *Preſier* 1½ *Vilarnoye* 1. *Rouray* 1. 0. *Saulieu* 2. *La Motte* 5. *Viſignol* 1½ 0. *Auttun* 3.
Simul 21

AVGVSTODVNVM civitas, Bibracte eſt, cuius Cæſar meminit, & præ maxima populi frequentia totius Heduorum factionis caput æſtimat, atque magnis laudibus evehit, Romanorum fratres Heduos appellans, propter eorum potentiam, dicitque eos primas inter Gallos obtinuiſſe. Celtæ Auguſtodunum nomen abbreviantes dixerunt Augſdun, Augſtun, tandem *Authun.* Ammian. Marcel. lib. 25. dicit muros oppidi Auguſtoduni antiquitate celebres, ex quo conſequitur, civitatem multis ſeculis fuiſſe, antequam Cæſar Gallias ſubiugaret, cuius factionibus oppidum excidio datum fuit, quamvis id ipſe diſsimulet, aliúque imputet. Aug. Cæſar reſtituit Auguſtodunum, genſque Flavia poſterique

Imp.

Imp. Claudij eam exornarunt. Situm eſt Auguſtodunum ad radices montium, qui vulgo *les mons de Cinis* dicuntur, fluvius Arroux eum alluit. Aedificijs infrequens eſt, excepta ea parte vbi Arx, & templum D. Ladri eſt, & munitio, quam vulgus *Marchault* vocat, vbi campus Martis erat. Qui ipſius Aream, & in quantam longitudinem ſe olim extenderet conſiderabit, abſque vlla hæſitatione iudicabit Heduorum fuiſſe ſedem, & ipſorum Metropolim. In ea fuit Capitolium & Templorum infinitus numerus, quæ reædificata fuere poſt Bibractæ excidium, ſed Barbari omnia diruerunt. Epiſcopi ſede ornatum eſt Auguſtodunum.

Claigny 2 Viſnanburg 2½. Epiryn 1. La Motte 2. S Linart 2. Buſſybourg. 3. Simmontiers 2. O. Tornus 3½. Simul 20

TORNVS oppidum, loco totius viciniæ fertiliſſimo ſitum eſt: eius latitudo longitudinem excedit, aquis Araris flu. vndique ambitur, colles vini generoſiſſimi feraces, ipſi vicini ſunt, ij dorſum Solis occaſui obverſum habent. id omne quod nunc oppidum Tornus comprehendit, quondam in tres partes diſtinctum fuit: vna Arx Trinochium; altera villa Tronuſij; tertia cella Tornutum dicebatur. Arx Trinochium dicebatur is locus, qui Romanis pro horreo caſtrenſi erat, in quo annonam & commeatum reponebant, ſed is locus nunc in ruinam abijt, nec aliud præter nomen ſupereſt. Tornutium villa ea pars eſt, vbi nunc parochia D. Andreæ viſitur, à prima parte rivulo diſtincta, ſed qua is fluat diſcerni haud poteſt: ponte enim aliiſque domibus vndi-

quæ ſtratus eſt. Ad tertiam partem, cui Cellæ aut Cellulæ D. Valeriani nomen inditum fuit, quod attinet, is locus eſt, vbi abbatia ſpectatur, loco totius oppidi ædititiſſimo, cui quamvis Abbatia coniuncta ſit, tamen muro quo cingitur, ab eo ſeparatur clauditurque ſuis clauſtris; niſi templi turres eminerent, Arx potius quam Monaſterium eſſe videretur. Abbatia eſt ordinis S. Benedicti, caput multorum Prioratuum, qui in Matiſconenſi, Borbonneſio, Delphinatu, Arvernia, Pictonibus, Cenomanis, Andibus & in Britannia ſunt.

Montbelet 2. *Le Sault* 2. o. *Maſcon* 2. Simul 6.

MATISCO, oppidum, vulgo *Maſcon*, olim varijs nominibus appellatum fuit, in nonnullis hiſtorijs Matiſcon dicitur, quod nomen dempta Tis ſyllaba retinuit. alij ipſum Matiſſanam & Matiſcenſe dixerunt. Cæſar ipſius antiquitatis teſtis eſt. ad flu. Ararim qui nunc Sagona dicitur ſitum. Sæpius exciſum fuit, ſemel ab Attila, iterum per Francos, prætetea tempore Lotharij Imp. Ludouici Pij filij, tandem tempore Ludouici iunioris à latronibus ſive viarum graſſatoribus deſtructum eſt. Comitatus titulo claruit, quem Francorum Rex Ludouicus nonus, vulgo Divus dictus, emit à Ioanne, & eius vxore Comitibus Matiſconenſibus.

ITER LVTETIA PARIS. CHARENTONVM, CORBELIVM, & MORETVM.

Pont Charenton 2.

CHAREN-

CHARENTONVM quondam munimenti freniqueloco fuit adverſus regum Franciæ hoſtes, Antiquas macerias,quæ hic ſunt,pulchra olim fuiſſe Palatia, earum magnitudo longitudoque indicat. Inter macerias quæ ſunt inter Charentonum & Confluentiam pagum, vulgo *Conflans* dictum, Echo auditur admirabilis,decies enim reſpondet.

Choſy 1. *Villeneufve S. George* 1. *Chaſtillon* ½. o. *Corbueil* 2. Simul 4½.

CORBELIVM, vulgo *Corbueil*, oppidum in fertili territorio diverſis fluminibus irriguo, nempe matre aquarum Franciacrum Sequana,& fluvio qui vulgo *Eſſonne* aut *Eſtampes* dicitur,ſitum eſt, celebre piſcibus ſapidis, præcipueque cancris, guſtu ſuaviſsimis. Quondam huic oppido Comes præfuit.

Pleſſis 1. *Brie la coudray* ½. *Pontierry*. ½. o. *Melun* 3. o. *Moret* 4. Simul 9

MORETVM oppidum eſt inſigne.

ITER LVTETIA PARIS. FONTEMBELLAQVEVM.

Põt Thierry in itinere præ. nu mil. 7. La foreſt de Bierre 1. *Verneaulx* 4. *Les hautes loges* 2. *arx. Fontaine Beleau* 2. Simul 14

FONSBELLAQVEVS,vulgo *Fontaine Beleau*, nomen ſortitum eſt ab infinito numero aquarum vivarum. Magnifica eſt arx,& Palatium regale,ipſiſque excipiendis regibus commodum, cum ſe reficere vo-

re volunt. Cum ruinam minaretur Arx, erecta fuit per regem Franciæ Franciſcum I. qui conquiſitis per vniverſam Europam excellentioribus Architectura magiſtris, ex ea caput arcium fecit, cuique ſimilis in Gallijs non invenitur. Locus ſitu eſt amœnus voluptatique aptus; abundat enim ſylvis, vnde venatione opima poteſt peti præda, quantaque optari poſsit. Rivuli, Stagna & flumina aucupium ſuppeditant, & piſces. Aere ſano liberoque præſtat arx, nec tota Gallia locus Principum quieti & delicijs commodior eſt, præcipue menſibus æſtivis. Arci huic, vicinæ ſunt frequentes arces, oppidaque, in quibus excipi poſſunt commodiſſime ii, qui Curiam regiam ſequuntur.

ITER LVTETIA PARIS. NEMOVXIVM.

Villeiuifve 1. *La Saulſaye* ½. *Iuviſy* 3. *Rez* 1. *Eſſone* 3. *Choiſy* 1. *Les vernaulx* 1. *Corance* 2. *Milly en Gaſtinois* 2. *La chapelle la Royne* 2. *S. Mathurin* 1. ⊙. *Nemoux* 2. Simul 19½

NEMOVX oppidum eſt, ſi eius nomen à Latino deducere licet, eſt à nomine Nemus. Nam oppidi territorium nemoribus ſylviſque conſitum eſt. Qui Nemouxio præfuerunt Principes, id clarum fecerunt, præcipue Gaſto Foixius Nemouxi Dux, qui Imp. exiſtens exercitus ſui avunculi regis Franciæ Ludouici duodecimi, Anno Chriſti 1512. ipſo die Paſchatis ad Ravennam vicit præclariſſimos Europę bellica virtute Duces.

ITER

ITER LVTETIA PARIS. MONTARGIVM, & FANVM FORGEANI.

La chapelle la Royne in præcedenti itinere numerantur mil. 16½ *(relinque S. Mathurin ad ſiniſtram) Vetaut* 1. *Maiſon rouge* 1. *Pont Agaſſon aut Chaſteau landon* 2. *Preſontaine* 1. o. *Montargis* 2. Simul 23½

MONTARGIVM, vulgo *Montargis*, oppidum eſt in Ducatu Aurelianenſi: in eius Arce depicta eſt hiſtoria canis venatici, qui Heri ſui mortem vindicavit, occiſo eo, qui illi necem intulerat.

Moncreſſon 1. *Montbeny* 1. *Chaſtillon ſur Loing* 1. *Dannemaye* 1. *Reigni* 1. *Bleſneau* 1. *S. Prive* 1. *S. Martin* 1. o. *Forgeau* 1. Simul 9.

ITER LVTETIA PARIS. CHARITEAM, NEVERSIVM, Fanum Petri, & Molinium.

Montargis in itinere præcedenti numer. mil. 23½. *Mormant* 1. o. *Noyan* 2 *Les beſare* 1. *Buſſerie* 1. o. *Briare* 1. o. *Gian.* 1. *Bonny* 1. *Caſtillon* 1. *Beaulieu* 1. o. *Coſne ſur Loire* 2. *Maletaverne* 2. *Povilly* 2. *Le Meſnil* 1. o. *Charite* 1½. Simul 43.

CHARITEA, vulgo *Charite*, oppidum eſt præclarum.

Gerigny 2. *Le chesnay* ½. o. *Nevers* 3. *Simul* 5½.

NEVERSIVM, vulgo *Nevers*, oppidum nomen ſumpſit à parvo rivulo, qui Nyeura dicitur. Hic oppidi muros lambit, inque Ligerim labitur. Antiquitate clarum eſt Neverſium, idque Cæſar Nouiodunum vocat. In Neverſio eſt arx imperij, & Palatium Ducum Nevernicorum qui nunc ei præſunt. Cinctum eſt vndique duro firmoque muro, quem muniunt Turres, habetque circumquaque profundas foſſas; à latere Meridionali abluit murum Ligeris. is ponte ex pulchro lapide ſecto ſtratus eſt, quem Arcus & Fornices 20. ſuperbe ſuſtinent. Nyeura rivulus oppidū ab oriētali latere cingit, ab alijs vero partibus alluitur infinito fontium numero, quibus oppidi foſſæ facile impleri poſſunt, vtque oppidum ſecurius ſit, minuſq; ſubitis caſibus obnoxium, nulla hic viſuntur ſuburbia, ſed omnia ædificia intra mœnia oppidi concluſa ſunt.

La rue d'enfer 1. *(iter hic difficillimum hybernis menſibus.) Maigny* 2. o. *S. Pier le mouſtier* 3 *Simul* 6.

FANVM PETRI, vulgo *S. Pierre le mouſtier*, locus eſt recens, nec antiquitatis nomine celebris. Sedem præſtat Præſidi, cui ſubditi ſunt Baillivatus dicti oppidi, & ſedes, quæ vulgo dicuntur *Douzioize*, *Xaintoins*, *Cuſſet*, & aliæ, quarum vna pars in Avernia, alia in Nevernesio ſita eſt.

Ville neufve 4. o. *Molins* 3. *Simul* 7.

Aliud iter MOLINIVM *per* MONTERICVM, ESTAMPES, AVRELIAM, Biturigum Vrbem, Dunum Regis, Molinium, indeque Roanam, Lugdunum, Gratianopolim, & Embrunum.

La Baslieue 1. *Le* [illegible]*gla Royne* 1. *Le pont Antony* 1.

Longiumeau 2. Linas 1. O. Montleheri 2. Simul 8.

MONS HERIC veteribus, nunc *Montleheri* appellatur, antiquitate præſtat, celebritatemque adeptum eſt à prælio quod ibi commiſſum fuit anno Chriſti 1465. à rege Franciæ Ludouico Vndecimo, contra Carolum Burgundum Caroleſij Comitem, Principeſque Franciæ ei confœderatos boni publici, vti belli cauſam nominabant, gratia.

c. Chaſtres 2. Torfue 1 ½. Eſtrechy 1½. O. Eſtampes 1½. Simul 6 ½.

STAMPARVM vrbs vulgo *Eſtampes*, oppidum Ducatus titulo inſignitum eſt.

Ville ſauvage 1 Monerville 2. (linquatur ad dexteram.) Angerville 1. Champ à Loiry 2. O. Toury 1. Chaſteau gaillard 1½. Artenay 1½. La croix Borquet 1. Languenure 1. Sercotes 1 La croix de monteoye 1½ N. Dame des aydes ½. Orleans 1 Simul 16.

AVRELIA, vulgo *Orleans*, oppidum, ſi quis dicat ædificatum à Druydibus, qui totam regionē Carnutenſem, ſylvis quondam obſitam, inhabitarunt, ob aquæ commoditatem regioniſque amœnitatem, non longe à vero aberrabit. Lingua vtuntur Aurelianenſes præ reliquis Gallis valde pura. Ducatus titulo nobilis eſt, & ſecundo Regis Franciæ filio cedit. Ligeris flu. tota Gallia notiſsimus, Aureliam præterlabēs magnā illi commoditatem, ad mercaturam faciendā præſtat, vnde non ſine cauſa, olim vnicū quaſi Carnutū forū fuit. Agrū vndequaque fertiliſsimū habet omniūque abūdātiſſimū, vt nō minus pro horreo totius ſit Galliç, quā quōdā Sicilia, vrbis Romç. Vina eius territoriū pręſtat nobiliſsima, quę inde, & in Galliç & in alias Europç partes magna copia exportātur.

Nomen

Nomen ab vrbe conſecut ;quapropter mirum haud eſt cives ibi magno numero opulentiſſimos & ditiſſimos eſſe, cum & merces naturæ benignitate habeant, & ad eas alio exportandum egregiam commoditatem. Aere gaudet puro & ſalubri. Peropportunus certe & maxime idoneus vniverſitati locus, quæ iſthic, inter cæteras Galliæ Academias clariſſima anno 1312. poſt natum Criſtum, à Philippo pulchro Galliæ rege erecta eſt, Iuriſprudentiæ in primis alumna & conſervatrix.

Olivet 1. Cormes 2. La Ferte S. Aubin 2. Meneſtreau 2. Vouzon. 2. Pierre fricte 2½. *Soiſne 2. Neufvy ſur Beneron* 3½. *Alogny 1. Bieron* ½. *S. Eleu 1.* o. *Bourges 1.* Simul 20½.

BITVRGIVM vrbs, vulgo *Bourges*, veteribus dicta fuit Avaricum, ruinæ docent id quod nunc cernitur, minime conferri debere columnis, rebuſque alijs, quæ adhuc ſub terra latent, aliquandoque effodiuntur è foſſa Arenarum, vt vulgus vocat quondam Amphitheatrum fuit. Inter Solange & Nohans, ab eo latere vbi ſtagna ſunt, adhuc locus videri poſſet, vbi Vercingentorix ſua caſtra fixit contra Cæſarem qui Avaricum obſidione cinxerat quem Princeps ille Gallicus conabatur cogere ſolvendæ obſidioni. inter magnifica ædificia, quæ in Biturigum civitate ſunt, numeranda eſt magna illa Turris, forma rotunda tantæ altitudinis, vt trium vel 4. miliarium intervallum viſui exponat: eius muri, tres orgyas aut circiter ſpiſſi ſunt; exterior pars turris opere ruſtico extructa eſt, Piramydalis Adamantis inſtar. Turrim moeni-

mœnia & foſſæ profundiſſimæ aſinini dorſi inſtar, aſcendentes excavataque cingunt. Fundamenta eius per regem Philippum Auguſtum iacta fuere. In vrbe Bituricenſi, inter alia magnifica ædificia viſuntur ædes ſumptuoſæ illius magni quondam viri Iacobi Cœur, qui vixit tempore regis Caroli VII. in vrbe ſunt quoque ædes Alemannorum, qui regię Gazæ præfuerunt, vti Iacobus Cœur, magnaſque ſibi pararunt divitias, quas dictis faſtuoſis ædificijs impenderunt, Romanorum magnificentiam, in ſumptuoſis ædificijs extruendis, imitari conantes. Omnes fere nobilitate clari viri, in Avarici territorio degentes, in eo ſuas ædes inhabitarunt, cum nundinæ (quæ Lugdunum ſunt tranſlatæ anno 1487.) in ea celebrarentur. Ornatum eſt Avaricum Academia iuriſprudentiæ, cui nulla tota Gallia par. Epiſcopali quoque ſede ornatum eſt.

S. Iuſt 2. S. Denis du palm 1. Enuoye ½. S. Radegonde 1. a. Dun le Roy ½. Simul *5.*

DVNVM regis, vulgo *Dun le Roy*, oppidum, ſedes eſt Tribunalis Regij, cuius iuriſdictio ad multa pulchra loca & Caſtellanias (vt vulgus eas vocat) extenditur.

Le pont de chargy 3. Venoul 2. Colobri 3. Francheſſe 2. Pont de fuſſay 2. ab. virg. S. Menehouſt 1. (per ſylvam vſque) 4. Molins 3. Simul *16.*

MOLINVM, vulgo *Molins*, oppidum, Cæſar Gergobinam dicit: ad fluvium Allyerum, quem Cæſar Elaver dicit, ſitum eſt. Sedes fuit Ducum Borboniæ,

boniæ, poſtea domus delitiarum regum Franciæ ſedes Regia.

Tolon 1. *Beſſay* 3. *S. Loup* 2. *Varennes* 1. *S. Gerain le puis* 2½ *Parigny* 1. *La paliſſe* 3. *La Tour* 1½ *S. Martin* 1. *La Paſquaudier* 1. (*Changy linquatur ad dextram.*) o. *Roane* 3. *Simul* 20.

ROANA, vulgo *Roane*, præſtantiorum provinciæ Foreſtij oppidorum vnum eſt; ipſum influit Ligeris (qui hic ponte ſtratus eſt) celebreque facit hoc oppidum.

L'hoſpital 1½. (*hic habet initium mons, Tarare vulgo dictus*) *S. Saphorin de Lay* 1½. *La fontaine* 1½. *La chappelle* 1½. (*eſt in vertice montis Tarare*) 1. (*eſt ad pedes montis*) *S. Anthoine* ½. *Pont cherra* 1 *Bully* 2. o *La Breſſe* ½. *La Tour* 1½. *Eſcuilly* 1. *Montribleau* ¼. o. *Lyon* ½. *Simul* 14¾

LVGDVNVM, vulgo *Lion*, civitas eſt celeberrima, aliqui ita dictam putant à Lugere vel Lucere verbo; ſed Belleforeſtius reiectis his opinionibus tanquam futilibus, dicit eam Lugdunam dictam à Lugdo Celtarum Rege, qui eius fundamenta iecit nomenque indidit. Vixit autem Lugdus anno à creato Orbe terrarum 3225. quo tempore nondum erat natus Moſes, itaque diu antequam nomen vel ſtirps Athenienſium fuit. concedi poſſet, cum longi temporis lapſu multum ſplendoris civitati Lugdunenſi detractum eſſet, Rhodios qui vndique mare pervagati ſunt, Rhodanumque quamvis rapide fluentem aſcenderunt, in eam deduxiſſe coloniam, idemque poſtea feciſſe Athenienſes, (quorum imperium in mari permagnum tremendumque

quâ

que fuit) & in ea Altare extruxiſſe dedicaviſſeque Minervæ, cuius Altaris facit mentionem Iuvenalis his verbis:

Palleat vt nudis preſſit qui pedibus anguem,
Aut Lugdunenſem Rhetor dicturus ad Aram.

Aliqui opinantur ad hoc altare Rhetores ſuas orationes declamaſſe, vt ſibi honoris præmium pararent, ſed certamen periculoſum fuiſſe victis, qui flumini vicino mergebantur, aut lingua, vel ſpongia orationem ſuam delere, laudeſque victoris canere cogebantur. Quiſquis autem Lugduni fundamenta iecerit, certe conſtat civitatem eſſe pervetuſtam, quæ cum multas ruinas paſſa fuiſſet, eam Numatius Plancus nobilis Romanus, è cineribus erexit, & colonia è populis Romanorum imperio ſubiectis, in eam deducta, reſtituit, ornavitque, nomen autem non ei dedit. Strabo libro ſuæ Geographiæ 4. dicit, Lugdunum omnibus Galliæ civitatibus excellentiorem, excepta Narbona. gaudebat enim Strabonis tempore, nundinis, permiſſione Imperatorum, quorum Præſides monetam ibi cudi curabant, tam ex Auro quam Argento. His acceſſit quod omnes Galliæ civitates, in Lugduno, templum magnis impenſis extrui curarint in honorem Cæſaris Aug. Albinum qui ſe Lugduno incluſerat, obſedit Imp. Severus, eamque cepit, tradiditque flammis. Lugduni ſunt Arcus triumphales, Aquæductus, aliaque multa antiquitatis monumenta, colles perfoſſi quoque hic videntur, per quos aqua à 6. inde diſtātibus miliarijs in eam deducta fuit. In monte qui vulgo *de Foviere*, dicitur, poſuit Plancus prima ædificia, poſtea cives vbi ipſis commodum videbatur ædificarūt, deinde principes (quibus placebat civitas) eius

Pome-

Digitized by Google

Pomeria promoverunt. Nunc inter magnas, opulentas, magnificentiaque præſtantes Galliæ vrbes poteſt cenſeri Lugdunum, eiuſque ſitus peramœnus, opes, ſplendoremque quo præſtat, promeretur: eſt enim ad confluentes Araris & Rodani; qui ipſum ex mercatura & commercio opulentum faciunt, mons; in quo ſitum Lugdunum munitum id facit, manus autem humana reddidit inexpugnabile. Sedes eſt Præſidialis Lugdunum, & Seneſchallatus.

La Ferrandiere 1. Iricux 3. (tranſi ſylvam quæ porrigitur vſque) Artais 2. Champieres 1½. *Riues* 3. *Moirens* 1. Simul 11½

Aliud iter Lugduno vſque Moirens, indeque Lugdunum.

Le chaſteau de Bry ½. *S. Laurens* 2½. *Povilleu* ½. *Vopilliere* 1½. *Burgavin* 2. *Secieu* 1. *La tour du Pin* 1. *Chirie* 2½. *La mourette* ½. *Moirens* 1. *Vorepe* 1. *S Robert* 1. *S. Martin* ½. o. *Grenoble* ½. Simul 16

GRATIANOPOLIS, vulgo *Grenoble*, veteribus dicta fuit Accuſion. Colonia erat Cabilonenſium Romanæ provinciæ; Ptolemæus eam hoc nomine vocat; poſtea dicta fuit Culatonia, ampliata vero à Gratiano Imp. & vltra Pomeria producta, dicta eſt Gratianopolis, quod nomen Galli corrupte proferentes Grenoble dicunt. Non longe ab hac civitate eſt fons ille mirandus qui abſque vlla intermiſſione flammas ebullit emittitque, quidque admouetur tangitque, ſtatim ardet & perit, quod pro mag-

magno naturæ miraculo eſt habendum. Sedes hic Tribunalis regalis, (Parlamentum dicitur) prope hanc civitatem eſt magna Carthuſia ordinis caput.

Champs 2. Laffray 1. Pierre Chaſtel 1 La Meure 1 Pont haut ¼. *Beaumont* ½. *Les Souchons* ½. *Cors 2. Aſpers* ¼. *Le plain de Baumes* ½. *L'Hoſteleri neve* ½. *S. Euſebe* ½ *Bonnet 1. (tranſi montem Col S. Digo dictum) o. Gap 2. La Baſtoinove 2. Gerges 1. Pont de Saulme 2. o. Ambrun 1. Simul 191.*

EMBREDVNVM, vulgo *Ambrun* civitatem ita dictam volunt aliqui ab Ebris idolo, quod ibi colebatur; alij à ruptura montis, nomen enim Dunum, lingua qua vſi ſunt Galli antiqui ſignificat montem. Metropolis eſt regionis ſuperioris Delphinatus, ſita in rupe, in ipſo meditullio latæ planiciei, quæ vndique cincta eſt montibus non ſterilibus, ſed qui ab imo vſque ad cacumen vino & fructibus abundant multiſque in locis (tanta hic aeris clementia & ſerenitas) colligitur hic quoque Manna, ros cæli mirabilis, qui tam lautus & delicatus eſt, quam alius, qui in toto Oriente reperiri queat. Hi montes etiam Agaricum, Terebinthynam, ſimplicia rara proferunt. Romano imperio ſubditum olim fuit Embredunum, ſicut & Arelatum, Veſontio, & aliæ vrbes, ſed cum Rom. Imperatores; Franciæ provincias quas Franciæ Rex idemque Rom. Imp. Carolus Calvus Boſoni (qui in vxorem duxerat Hermengardam vxoris Caroli Calvi ſororem) dederat, ab ipſius poſteris conſecuti eſſent, civitatem Embredunum, eiuſdem Archiepiſcopo donatum in Principatus ordi-

 nem

nem evexere, eique omnia iura regalia, tam adminiſtrationis iuſtitiæ, quam cudendæ monetæ, aliaſque eius generis prærogativas conceſſere. Populus Embredunenſis, modeſtus eſt, quietis amans, obediens Magiſtratui, non inſidioſus, labori agriculturæ aque deditus, curatque diligenter rem familiarem.

ITER LVTETIA PARIS. ROMANIVM vulgo *Romens.*

Lugdunum vſque numerantur mil. 106½. *S. Prieu* 1. *Irieux* 2. *Artais* 2. *Chantonnet* 2. *Les coſtes Andre* 2. *Rebours* 2. *S. Antoine de Viennois* 2. o. *Romans* 3. *Simul* 22½.

ROMANIVM, vulgo *Romans*, vrbs pulcherrima eſt, in inferiori regione Delphinatus divitijs abundans.

ITER LVTETIA PARIS. VIENNAM, VALENTIAM, Montilimarum, & Auraicum.

Lugdunum vſque num. mil. 106½. *S. Saphorin* 3. o. *Vienne* 2. *Simul* 111½.

VIENNA, vulgo *Vienne*, fundata eſt à Venerio Africano patria extorre: poſtmodum Senatoria dicta fuit. Metropolis civitas eſt, & ex antiquioribus Galliæ cenſetur. Olim maximæ & ſupremæ ſedis Galliæ titulo ornata fuit. Turris Pilato attributa (in qua obiiſſe dicitur) fundata fuit à Tyberio Imp. Viennæ Archiepiſcopi, Comites Viennenſes inſcribuntur.

Aulberi-

Aulberive 2. Roßilon 2. S. Rnmbert 2. S. Valier 2. Maiſon de Pilate 1. Tain 2. Port ſur Iſere 1½. O. Valence 1½. Simul 14

VALENTIA, vulgo *Valence*, vrbs eſt celeberrima, Eius fundamenta ſi Romani non iecere, ipſa tamen eorum nomine ſe oſtentat. Ptolemæus eam Romanorum coloniam vocat, ab eo deducta, Romanorum & Latinorum; vt eam incolerent; multitudine: ſemper Rom. Imperio audiens fuit; tota enim Romana erat, donec Gothi Gallias invaſerunt, Valentiamque ceperunt; quod accidit anno parte ſalutis 415. poſtea eam occuparunt Burgundiones. Obſidionem Longobardorum paſſa eſt anno 576. quos ſuperavit Momulus Dux militaris, regis Burgundionum Gontrandi. In territorio ad prime fertili abundantique ſita eſt Valentia, divitijsque pollet. Mercaturæ dedita; horreumque eſt Salis. In monaſterio Iacobitarum effiges Gigantis Buardi 15. cubitos proceri, eiuſque oſſa viſuntur. Extra vrbem in ruinis ſacræ ædis; divi Petri eſt antrum quod (vt dicitur ſub Rhodano protenditur. Extra portam D. Felicis inventum fuit ſepulchrum lapideum, coopertum lapide, cui inſcripta erant hæc verba, D. Iuſtinæ M. in eo erat corpus fœminæ, ex cuius vnaquaque auricula pendebat vnio aurea: vni inſertus erat Smaragdus, alteri lapis, vulgo dictus Turcicus, qui ruptus erat ſtatim vt corpus aerem ſenſit, abijt in pulverem: ad corporis pedes erat patera Cryſtallina, ad caput autem lampas vitrea.

Port Liuron 3. Lauriol 2. Barbieres 2. O. Montlimar 2. Simul 9

MONTILIMARVM oppidum, vulgo *Montlimar*, clarum eſt mercatura, quæ ibi exercetur.

Chaſteau neuf 1. *Donzerre* 2. *Pierre late* 1. *La Palus* 2. *Noſtre Dame de Plans* ½. *Mondragon* ½. o. *Orenge* 2. *Simul* 9

AVRAICVM, vulgo *Orenge*, ciuitas Principatui Auraicenſi nomen dedit; Ptolemæus coloniam Auraſiorum vocat. Veſtigia teſtimoniaque magnæ antiquitatis in ea viſuntur; inter quæ cenſentur ruinæ pulcherrimi magnificentiſſimique Theatri cui in toto orbe par non eſt; deinde murus ex quadrato lapide, admirabilis ſtructuræ & artificij. Ad portam, per quam Lugdunum itur, eſt Arcus triumphalis, cui equeſtres pugnæ ſunt inſculptæ, quæ ſpectatores mirifice oblectant. Arcus muro cinctus eſt, qui ipſum à tempeſtatum, ventorum pluuiarumque incommodis tuetur.

ITER LVTETIA PARIS. AVENIONEM & MASSILIAM.

Lugdunum vſque numerantur mil. 106½. *Mondragon diſtat Lugduno, ſicut videtur in itinere præcedenti* 36. *Mornas* 1. *Caderouſſe* 2. *Fers ſur Rhoſne* 1. *Pont ſur Sorgue* 1. o. *Auignon* 2. *Simul* 149½.

AVENNIO, vulgo *Auignon*, ciuitas, colonia eſt Auenniorum non Romanorum, in Rhodani ripa, ab vtraque eius parte ædificijs frequens eſt. Septem in ſe res habet Auennio; quarum vnaquæque 7. alias continet, 7. Palatia, 7. Parochias, 7. Xenodochia, 7.

chia, 7. Monaſteria fœminarum, 7. Collegia, 7. Conventus, 7. Portas. Cincta eſt Avennio vndique regni Francici finibus: ad medium pontis qui inſtratus eſt Rhodano, incipit Occitana, quæ & Languedocia dicitur. Durantia flu. ipſius territorium à Provincia diſterminat. Dives eſt omnis generis eſculentorum, pannorum coloris ſubtiliſsimi, & Papyrorum, quæ omnia ſuppeditat ipſius civitatis territorium, vnum enim Durantiæ fluminis brachium inſervit Tinctoribus, qui pannos valde artificioſe tingunt herba Iſatide, & quod plus, colore, quem vulgo Cramoſinum vocant, cui ſimilem non facile in reliqua Francia invenias; id ipſis facile eſt factu; ſuppeditat enim territoriũ civitatis minutum grani genus, quod ipſis vice præſtantiſsimæ Rubricæ eſt, quæ vulgo *Vermillon* dicitur, hac byſſum tingunt, cuius ipſis magna eſt copia. Romanis rerum dominis ſubdita fuit hæc civitas, donec Gothi illos expuliſſent, hos Burgundiones eiecerunt, ab eis ad Francos pervenit, quorum rex Carolus Calvus, eam Boſoni dedit, qui ſe regem Arelatenſem vocavit. Imper. Otho ſibi hoc regnum accipiens, & Avennione potitus eſt. Adhuc in eius vicinia loca ſunt, quæ Cameram Imperialem nude agnoſcunt, ceſsit hæc civitas Comitibus Provinciæ, & Carolus Comes Andegavenſis regis Ludouici noni cognomento Sancti frater, ducta in vxorem Beatrice, Raimundi Comitis Provinciæ filia, eum Comitatum adeptus eſt, & regnum Neapolitanum & Siciliæ, occiſo rege Manfredo, eique in dictis regnis & Comitatibus, ſucceſſere eius filius, poſterique, inter quos fuit Ioanna eius nominis prima, quæ bellum gerens cum rege Hungariæ affine, vendidit Pont. Rom. Clementi ſeptimo Avennionem 30. Aureo-

rum millibus. Ornata eſt inſignibus & magnificis Palatijs Avennio, inter quæ eſt, quod vulgo Bruſle dicitur, in quo quendam Pontificem inſignis crudelitatis facinus perpetraſſe fama eſt. præterea Avennioni Palatium ſumptuoſiſſimum Cardinalium Villanovatum, & domus Carthuſianorum ditiſſima, cuique in Gallia par haud eſt, ſpectatur.

Cavellon 4. 0. *Orgon* 1. *Scenas* 2. *S. Eloy de Crau* 2. *Faucon* 1. *Les Cabannes de Berre* 2. *Les Pinnes* 3. *(tranſi montem.)* 0. *Morſeille* 3. *Simul* 18

MARSILIA, vulgo *Marſeille*, colonia eſt Græcorum, à Phocenſibus Aſiæ populis condita, quos Pedanius eo deduxit; omnes alias Galliæ civitates, civilitate, affabilitate, humanitate & ſcientia ſuperat: nec minorem ſibi gloriam paravit, à literarum doctrina & ſtudio, quam doctæ illæ Athenæ: tam potens in mari fuit, quam Rhodii, & terra quam Lacedæmonii: Romanis amica fuit, ſed ab ijs prædæ expoſita, direptaque eſt.

ITER LVTETIA PARIS. AQVAS SEXIAS.

Avenionem vſque numerantur mil. 249½. *Cavallon* 4. *Mallemort* 3. *Lembeſca* 1 0. *Aix* 3. *Simul* 160½

Aliud iter Avennione Aquas Sextias.

Taraſcon 3. *Le Mas de Bran* 4. *S. Eloy de Crau* 3. *(faciendum eſt iter per territorium Crau dictum itinere difficilimo & per regionẽ ſterilem)* 0. *Aix* 5. *Simul* 14

AQVAE

AQVAE SEXIAE, vulgo *Aix*, dictæ ſunt à Curio Sexto Conſule Romano. Hic aquarum calidarum balnea ſunt, aquæque calidæ vndique ſcaturiunt. Parlamenti & ſupremæ Curiæ Prouinciæ ſedes eſt, hæc civitas.

ITER LVTETIA PARIS. ARELATVM.

Avennione vſque numerantur mil. 149½. *S. Elzy de Crau in itinere præcedenti numerrantur mil.* 10. 0. *Arles* 3. *Simul* 126½.

ARELATVM, vulgo *Arles* oppidum olim regni Burgundionum caput, poſtea Prouinciæ Comitum ſedes fuit. Strabo Arelatum vocat Emporium aut Forum publicum. Cæſar eo pro Armamentario vſus eſt, dictumque fuit colonia Sextanorum, quod eo loci ſexta Legio ſtatiua haberet. Phocenſes ædificarunt Arelatum, in ſolo paludoſo lacubuſque humido, aluntur hic hoc tempore pulchri præferoceſque boves. Extra oppidum, loco, qui vulgo *La Roquette* dicitur, ſupra duas columnas erat Ara illa prę grandis, execrandaque, Cæſari Auguſto dicata, in qua imitari ſolitus eſt Hiſpanorum ſacrificādi mos, nempe vt quotannis certis temporibus duo immolarentur iuvenes, qui ad hoc Sacrificium erat dedicati, ſumptuque publico egregie ſaginati: eorum cruore peracta mactatione aſpergebatur populus, qui huic execrando ſacrificio aderat. Romanos habuiſſe in pretio Arelatum, docent ruiuæ Arvenarum, cuius Architectura talis lapidumque moles tanta eſt, tantamque redolet antiquitatem & magnificenti-

ain, vt nihil in Orbe cum iis antiquitate, & maieſtate conferri poſsit. Extra oppidum videtur foſſa ſive Canalis ex Rhodano deductus; vulgo *Camargue* dicitur, id eſt Latinis *Campus Marij*.

ITER LVTETIA PARIS. RIONVM, CLAROMONTIVM, & BRIOVDAM.

Dun le Roy vſque num. in itinere præcedenti 56. *Le pont d z.* 2½. *Ainay le chaſteau* 2½. *(tranſi ſylvam Tronſay.) La bruyere de Laubeſpin.* 4. *La Cave* 3. *o. Coſne* 2. *Villefranche* 2. *Nazareth* 2. *(linquatur ad ſiniſtram, Montmerant linquatur ad dexteram.) Court* 2. *Chantelle* 2. *Ianzat* 2. *Gannat* 2. *Aigueperſe* 2. *Auchy* 2. *o. Rion* 2. *Simul* 88

RIONVM, vulgo *Rion*, oppidum eſt opulentum, & in ipſo abdomine territorij ſitum. Sedes eſt Seneſchalli inferioris Arverniæ, cui ſubſunt Monferantum, Combraillia, Mons acutus, Aqua Perſa, Claremontium.

o Montferant 2. *o. Clerement* ½. *Simul* 2½.

CLAREMONTIVM, vulgo *Clermont*, civitas, Romanis Gergovia dicta fuit: cincta eſt colliculis & clivis rerum omnium quæ humanis vſibus neceſſariæ ſunt, fertilibus, frequenteſque ideo habitatores habent: ex illis collibus ſcaturit numerus infinitus rivulorum & fontium, qui hortos & loca delitijs incolarum deſtinata (quæ ſunt in civitatis circuitu) rri-

ru)irrigant, Abbatiam vulgo S. Allyre dictam, interfluit flu, aliqui eum olim Scateon fuiſſe dictum exiſtimant, nunc Tiretaine dicitur. Hic flu. ſtratus eſt ponte lapideo, qui lapides (miro quodam miraculo) induruerunt, ex aqua dicti fontis: is trecentorum paſſuum intervallo, diſtat à flu. cui pons inſtratus eſt, eumque verſus labens, fontis aqua lapideam duritiem & firmitatem nanciſcitur, eoque lapide eſt ſtratus pons, 30. vlnas longus, 6. craſſus, 8. latus: memorabile porro eſt, eam fontis aquam in pratis, per quæ verſus flu. labitur cerni lapideſcere: Ponti nomen eſt, quod & aquæ, *Sauſe*. Apud Claremontium collis eſt, ex quo bitumen valde nigrum tenaxque (quo incolæ regionis oves ſignant) fontis inſtar fluit, id eſt argumentum inſignis pinguedinis territorij, & exhalationum vaporoſarum, indeque colligi poteſt in intimis terræ partibus latere pretioſiora metalla, quæ hoc loco extrudunt liquorem bituminoſum, qui tanto iam tempore fluxit, neque tamen areſcit, bitumen emanat parvis guttis, quæ tamen ſuppeditant materiæ affatim, præcipue æſtivis menſibus: Hyberno enim tempore impedit frigus, ne diſſolvatur liquor fluatque. Claremontio Marchiam verſus tendens videt Rupem mediocriter magnam, ex ea ſi aliquid frangatur, lapides clari, & Adamantis acuminati inſtar parati, inveniuntur, quos ſi quis artifex, vel potius impoſtor monilibus artificioſe insereret, illos fronte prima pro adamantibus orientalibus extruderet, nec ei eſſet aliquis ſubeundus labor, quam vt illos expoliret, ſunt enim re ipſa pellucidi & acuminati. Beſſum oppidum eſt, in provincia Poriguriana, monti qui Aureus dicitur vicinum: quarta miliaris parte inde diſtat mons, in cuius fere fa-

ſtigio eſt lacus, qui ſe late extendit, ad cuius fundum pertingi non poteſt, nulla in eum influit aqua ſaltem quæ videri poſſit, hoc quidem viſu eſt mirabile, horrendum vero, quod ſi quis aliquid in eum proijciat, certus ille ſit, ſe mox auditurum Tonitrua, ſubſequuturaque fulgetra, pluviam, grandenemque, Non procul ab hoc lacu eſt Crypta, cuius Os rotundum vulgo *Creux de Soulcis* dicitur, & abyſſus cuius profunditas explorari non poteſt: Simile aliquid habet cu m ſupra dicto lacu; ſi enim quis lapidem in eum pr oiciat, auremque admoveat, audiet murmur ingens, ſtrepitumque mirabilem, qui Tonitruo ex longinquo venienti, ſimilis eſt: æſtivis menſibus, etiam ſinihil in eum proijciatur, & ſtrepitus in concavitatibus, vti humores agitantur: dici poſſet ineſſe ventos, eoſque invicem adverſos ſtare.

Coude 2. Vaire 2. Ourſſet 2. Yſſoire 2. Charbonnire 3. o. Brioude 3. *Simul* 14

BRIOVDA vulgo *Brioude*, oppidi gaudet privilegijs.

ITER AVGVSTA VINDEL. SANFLOVRVM & RHODEZ.

Claromontium vſque numerantur mil. 90½. *Yſſore in præcedenti itinere numerantur Claremontio mil.* 8. *Bort 4. o. S. Flour 2.* *Simul* 104.½

SANFLOVM vulgo *S. Flour*, primaria Arverniæ civitas, ſita eſt in alta rup e exciſa, quod eius conſpectum plane admirandum reddit, olim prioratus fuit, cum magno vico, dicebatnrque Mons planus, ſed populo eo vndique confluente, muris cingi cœpit, excrevitque in opulentam civitatem, quæ Epiſcopali

copali ſede inſignitur.

Chaudes aigues 2. Mande 3. Spalieu 2. o. Rhodes 3. Simul 10.

RHODES Metropolis eſt regionis Ruthenorum, quæ vulgo Rovergue nuncupatur, Paſſa eſt hæc civitas perſecutiones Gothicas, Francorum inſultus, excurſiones Saracenicas: bellicis quoque aſſultibus Francorum, contra reges Aquitaniæ divexatum fuit, tandemque in Francorum ditionem conceſſit; haud valde fertilis eſt Ruthenorum regio, ſed eius ſterilitas reddit incolas laborioſos, qui vividi ſpiritus ſunt, nec ſibi parcunt, vt ſe liberent à penuria.

ITER LVTETIA PARIS, NEMAVSVM.

Montilmar vſque numerantur in itinere præcedenti mil. 134½. *Le pont S. Eſprit* 1. *Bagnolz* 4. *Serignac* 6. *o. Nymes* 3. *Simul* 148½

NEMAVSVM, vulgo *Nymes*, vrbs à Phocenſibus fundata, à Romanis in pretio habita fuit, qui ibi domicilium figebant, olim Metropolis fuit Volcarum Arecomicorum, quod nomen vſurpatum aut potius retentum eſt à Græcis, cum ipſorum ſit colonia. Olim multo amplior fuit, quam nunc eſt, claruit operibus, magnificentia, & faſtu. Oppidi territorium valde amœnum eſt, & inſigni fertilitate luxuriat, in eo eſt Amphitheatrum, quod ſua exteriori parte, tam integrum eſt, quam quod Veronæ viſitur ſua interiori parte, tam integrum eſt, quam quod Veronæ viſitur ſua interiore, priſtinumque decus integritate præ cæteris Europæ retinet, nec inſultus Gothorũ, curſus Saracenorũ, ignes Attilæ, Caroli Martelli, dũ cum Gothis belligaretur ruinę, hoc miraculũ demoliri potuerũt: negari tamen nõ poteſt ſedes, quæ

in eius circuitu erant, nunc, aut alio aſportatas, aut à primis locis remotas: Caveas & ſubterranea loca, eſſe oppleta terra: nec etiam inficiari poteſt, campum Martis, qui ante theatrum erat, in quo conveniebat populus, cum more Romano Magiſtratus novi crearentur, non amplius campum eſſe, ſed in eo extructa ædificia, alijſque vſibus eſſe accommodata. *Le cap dueil* vulgo dicta domus, quæ olim templum fuiſſe iuſſu Imp. Adriani conſtructum, in gratiam ſuę vxoris Plotinæ, quæ eum ad Imperij faſtigium evexerat, opinio eſt, facta eſt forma quadrata, ſed parum in longitudinem vergente, ab vnoquoque latere 10. columnis fulcitur; ab vna fronte habet 6. columnas, ab alia totidem; eius tectum ex magnis lapidibus ſtructum eſt, vt in eo deambulari poſſit; vt paucis dicatur, exquiſitæ ſtructurę eſt hæc domus. Templum fonti propinquum, quod ſuam integitatem defendit adverſus iniurias temporis, forma eſt quadrangulari duoſque habet ordines collaterales columnarum, ſuis Baſibus inſiſtentium, adeoque decoratum, vt ad perfectionem artis Architecturæ nihil poſſit requiri. Columnæ feneſtras rotundas habent, & nidos collocandis diis Romanis idoneos olim. hic fuerunt ſuntque adhuc Aquilæ, è plano prominentes, quæ veteris imperij Romani notæ ſunt, nunc capitibus truncatæ viſuntur, conijcitur id à wiſigothis factum, vt è cordibus hominum evellerent memoriam imperij Rom. quod ſubegerant, vtque indicarent Rom. imperium corpus eſſe capite truncatum. Templum Cathedrale Nemauſi, ornatum eſt ædificijs magnificis: pavimentum ſternitur opere, Muſicum imitante, ſuntque in eo expreſſę multæ ſignorum antiquorum Notæ. Extra oppidum, in colle, Fo t i vicino,
ſtructu-

ſtructura eſt vetuſta, vulgo Tourmaigne dicitur; quidam eam Turrim Romanam dici volunt, alij magnam reſpectu aliarum, quæ ei non ſunt magnitudine pares, conſtat ex lapidibus quadratis, tam adfabre iuncti s, cementoqne incruſtatis vt nullius hominis, quantumvis diligentis diurno labore quarta vnius Orgyæ pars dirui poſſet: ſi ex eo quod adhuc ſupereſt, iudicium fiat quid fuerit, cum forma Pyramidali ſit extructa, in augulari latere, veteris & antiquiſſimi muri, Specula, aut vallum, & munimentum eſſe videri poſſet.

Vſſeau 2. *Lunel* 2. o. *Aigueſmortes* 2. *Simul* 6

AQVAEMORTVAE, vulgo *Aigueſmortes*, oppidum eſt. Ei nomen ab aquis dormitantibus inditum fuit. Situm eſt eo loci, vbi flu. Vidrola Neptunianis aquis ſe miſcet, & Rhodani canalis occidentem ſpectans, ſe extendit. Colonia eſt Romanorum ab iiſdem coli cœpta, cum Caius Marius illic caſtra fixiſſet, vbi nunc oppidum eſt; is videns refluxum Rhodani limum devolvere, portumque reddere in accesſibilem navibus, quæ neceſſaria ſuo exercitui ſubvehebant, & in promptu habens ſuas copias, eaſque ociofas, limo eijciendo eas iusſit navare operam portuque purgato, reddidit locum recipiendis navibus commodum. Loco in quo caſtra fixerat, oppidum eſt exſtructum, quod ab aquis dormitantibus (quæ oppido vicinę ſunt) Aquę mortuæ dictum fuit, antea foſſæ Marianæ dicebatur oppidum , à Mario, qui canalem ad quem ſitum eſt, excavari fecerat.

ITER LVTETIA PARIS, MON-SPESSVLVM.

Nemauſum vſque in præcedenti itinere numerantur mil. 148½. Iſſeau 2. Lunel 2. Sambres 2. o. Montpellier 2. Simul 156½

MONSPESSVLVM, aut Mons puellarum, vulgo *Montpellier*, oppidum; quondam Agathopolis dictum fuit, quod bonorum civitatem ſignificat. Situm eſt in colliculo, in apprime venuſto territorio, gaudetque aere placido & ſalubri, civitatis amœnitas, civium humanitas, territorij fertilitas, aeris ſalubritas, & opes, quas ibi natura effundit; medicos allexit, vt ibi ſedes figerent; arſque medicinæ ibi publicè docetur, tam doctè, tantoque ſucceſſu, vt facile primas in ea diſciplina teneat, initium Academiæ iam tum eo cœpit tempore, quo Saracenis Hiſpania exactis, ſcientia medicinæ, cum diſcipulis illuſtrium Arabum, Avicennæ, Averrois, & aliorum huc ſe contulit, à quo tempore artis medicinæ veritas, penes hoc oppidum manſit, & Cathalonia, prædæ fuit populo Galliæ Narbonenſis.

ITER LVTETIA PARIS. CHASTRAM, & HELVIORVM vrbem

Biturigum vrbem numerantur in itinere præcedenti mil. 51. Villeneufve 3. Maigny 1½. S. George ½. o. Yſſoldun 1. Conday 1½. S. Iehan des chaumes 1. La planche 1. Bommieres 1. S. Aouſt ½. o. Chartier 1. Vicſua chartier ½. o. Lachaſtre 1. Simul 64½.

CHASTRA, vulgo *La Chaſtre*, oppidū firmis muris cinctū eſt, turribuſq; & foſſis profundiſſimis præſtat. Arx ibi perpulchra, paretque Comiti Caſtri Poſt. *N. D. de Lazenay 2. Le mos S. Paul 3. Benay 1½. La*

commanderie 2. Iornége 1½. La maiſon neufve 4. Feletin 4. Belles enſeignes 4. Novy 4. Eſteron 4. o. *Eſpontour 1. Rochebron. 4. Port de Boillac Ville france de Rovergue 5.* o. *Alby 4. Simul 44*

HEVVIORVM civitas, vulgo *Alby*, Metropolis eſt regionis Helviorum. Ptolomæus incolas Eliocios vocat, & ipſorum civitate Albam Auguſtam, & proprie Albam Elviorum. Cæſar meminit Helviorum, & illos montibus diſcretis dicit ab Arvernis. Plinius meminit Albæ Elviorum, Epiſcopali ſede clarum eſt oppidum. Territorium abundat frugibus, vino, Croco, alijſque magni pretij rebus.

Ville france d' Albigroiz 4. o. *Ville franche d' Alban 2. S. Severine de Rovergue 6. Millaut 2. Vabres 3. Clermont 1.* o. *Beſiers 3. Simul 21*

BLITERAE, vulgo *Beſiers*, pervetuſtum eſt oppidum, Romaniſque notum fuit, Gothi id ſub iugū redegerunt, Carolus Martellus ſolo æquavit.

ITER LVTETIA PARIS. NARBONAM.

Millaut in pracedenti itinere num. mil. 116 o. *S. Pons 4. Beze 2. S. Nazare 1.* o. *Narbonne 1. Simul 124.*

NARBONA, vulgo *Narbonne*, vrbs quondā Colonia Decumanorū dicta fuit, quod Legio decima ibi ordinarie ſtativa haberet, terra quoque dicta fuit Romanorū, qui eam ſuā coloniā, Imperijque vocabāt propugnaculum, omnibus inimicis obiectū. Strabo ipſam commerciū & forū dicit, quo non celebrius aliud, in ijs regionibus extet, & Nemauſum efferens, omnibuſque huius regionis civitatibus præferēs, tamen ſēper Narbonam excipit, propter eius divitias, ſplendorē & magnificentiā: cloaca Galliç dicta fuit, quod loco valde depreſſo ſita ſit, & quodāmodo in loco profūdo locata, ſuper paludē, quæ ſe late extēdit.

ITER LVTETIA PARIS. ALETHIVM.

Ville franche de Alban in itinere præcedenti numerantur mil. 114. Caſtres 3. Nonthon 2½. *S. Papoul* 1½. *Arzaul* 1. *Carcaſſonne* 1½. *Limours* 2½. o. *Aleth* 1. Simul 27.

ALETHIVM, vulgo *Aleth*, oppidum ad pedes montium Pyreneorum ſitum eſt.

ITER LVTETIA PARIS. TOLOSAM.

Villefrance de Rovergue in itinere præcedenti numerantur mil. 104½. *Erdes* 3½. *Gaillac* 3 *Iſſe* 1. *Rapiſtan* 1. *Buſet* 1. *Genil.* 1. *Caſtelmol* 1. o. *Tholouſe* 1. Simul 118.

Aliud ITER LVTETIA PARIS. CASTELLVM RVFVM, ARGENTONVM, Limoſium, Petram Buſſieram, Vzercham, Briuam, Caducum, Montalbanum, indeque Tolosam, deindeque Muretum; Foixium, & Coſerans.

Aureliam vſque numerantur mil. 30½. *Olivet* 1 *La Ferte S. Aubin* 4. o. *Chaumont* 3 *Chaſteau vieux* 2. *Millancey* 3. o. *Remorentin* 2. *Villefrance* 2 *Dun le potier* 3. *Baigneux* ½. o. *Gracay* 1½. o. *Vattan* 1½. *Lachampenoiſe* 2½. o. *Bourg de doels* 2½. o *Chaſteau roux* ½. Simul 59½.

CASTELLVM RVFVM, vulgo *Chaſteau roux*, oppidum pulchra ornatum eſt arce, & in Comitatus decus evectum.

Lothier

Lothier 1½. *Buſſiere* 2. *Chabenay* 1. o. *Argenton* 1. *Simul* 5½

ARGENTONVM, vulgo *Argenton ſur Creuſe*, oppidum eſt cum arce; in quo decem ſunt Turres, 7. magnæ, 3. autem minores, quarum vna dicitur turris Eraclij; in qua Tauri effigies viſitur; cui inſculpta verba Veni, vici. In Dominum agnoſcit Ducem Montpenſierium. Antiquitates quæ circa oppidum eruuntur, id antiquum eſſe docent.

o. *le ſaix* 3. o. *Monet de Poictu* 2. *Arnac* 3. *Cheſaix* 1. o. *Mortecol* 2. *Beſſines* 1. *Razey* 1. *Cruſeille* 1. *Baulne* 1. o. *Limoges* 1½. *Simul* 16½

LIMOSINVM, vulgo *Limoges*, oppidum partim in valle, partim in faſtigio monticuli ſitum; ſatis bene muris firmatum, foſſisque cinctum eſt, abundat aquis; quas ſuppeditat fons limpidus, qui eſt in ſuperiori oppidi parte. Tantum ibi mercatura & commercium viget, vt ei, qui animadvertit ſitum oppidi, longe à mari, celebrique via diſtantis; quod etiam, nullo navigationi apto fluvio alluitur, plane impoſſibile videri poſſit, niſi id oculis coram cerneret, vix enim hic quiſpiam invenitur, qui ſe mercaturæ non det, aut domi ocioſus deſideat, vſque adeo hic populus negotijs deditus, hoſtiſque deſidiæ eſt. Fœminæ laborioſæ ſunt, caſtæ, nec ſollicitæ vt ſe parent comantque, attamen pulchræ ſunt, miſericordes piæque.

Boiſſelles 1. *Pierre Buſſiere* 2. *Simul* 3

PETRA BVSSIERA, vulgo *Pierre Buſſiere*, magnus eſt pagus, cui alti montes vinetis conſiti immi-

Maignac 1. *Maſſeeray* o. *Vzarche* 3. *Simul* 4

VZERCHA, vulgo *Vzarche* pulchrum eſt oppidum, dulcemque aerem experitur, ad flu. Veze-

ram ſitum. Expugnare Vſercha non poſſe dicitur, vnde & proverbium eſt, eum qui ædes Vzerchæ habet, arcem in Lemovicum ditione poſſidere. Hic honor Vzerchæ oppido merito debetur, gloriarique ipſa poteſt, ſe Anglis qui totam Guiennam poſſederunt, ſemper reſtitiſſe, perſtitiſſeque in fidelitate & obedientia, quam Coronæ Francicæ promiſerant

Brive la gaillarde 1.

BRIVA oppidum ſitum eſt in leta fertilique planicie, habetque ſylvas vineta, terras ſementi excipiendæ aptas, prata & quicquid optari poſſet, ad vitam neceſſarium. Sedes eſt Seneſcalli, fuit quondam ditionis Perigurianæ, ſed Rex Franciæ Carolus ſextus, eam Lemovicum provinciæ adiunxit.

Eſpoux 4. o. Sovillac 1. Laveſac ½. *Gourdon 2. Frecinet 1. Le verp. 1. Pellequois* ¼. *Montrouſtier* ¼. o. *Cahors 2.* *Simul 12*

CADVRCVM Ptolemæus Duconam nominat, ſed poſtea à ſui populi (qui Cadurci dicebantur) nomine dicta eſt Cadurcum vulgo *Cahors*. Civitas eſt inſignis, ſita in Loth flu. ripa, in colle, qui Theatri effigiem exhibet: infra, & à latere quo Montaubanum oppidum lapidibus eſt refertum eius territorium, nec ea venuſtate præſtat, qua aliud latus, ad quod ſunt vineta in montibus adeo altis impoſſibile videri poſſit vinitores, ijs colendis eo poſſet perreptare. Amplum eſt Cadurcum venuſtum, pollet que divitijs, ad ovi formam extructum. Fora eius & vici ſatis pulcri. Vix obſidione cingi poſſet, nam ex quacumque parte eam adeas, non ſe ferme viſui ex-

poni

ponit, quàm quum ad eam pertigeris. Sedes eſt tribunalis Seneſcalli, Academia quoque claret, inſignis poetæ Clementis Maroti patria.

L'hoſpitalet ½. *Mouratier* 1. *Negre Peliſſe* 1½.
Loubegeac 1½. *Montauban* 2. *Simul* 6½.

MONTALBANVM vulgo *Montauban*, oppidum ſitum eſt in colle cuius latus flumen cingit. Arce tutum eſt antiqua. In oppidi parte ſuperiori fons eſt Grypho dictus, qui ſolus toti oppido aquarum vbertate ſufficit. Ab latere, vbi fons eſt ſunt vineta, quibus nihil pulchrius optatiuſque ſpectari poſſet.

Fonton 3. o. *Tholouſe* 4. *Simul* 7

TOLOSA vulgo *Tolouſe*; ædificata eſt tempore Deboræ iudicis Iudæorum, anno mundi 3916. Colonia eſt Tecto ſagorum, qui indigenæ erant, vnde colligitur, ex primis fuiſſe, qui poſt diluuium in Gallia ſedes fixerunt, nulli ciuitatum Galliæ (Lutetia Pariſiorum excepta) cedit. Academia claret adeò celebri, vt cum omnibus quæ in Europa ſunt, contendere valeat: in ea olim omnes artes liberales, diſciplinæque docebantur, nunc autem Iuriſprudentiæ ſtudio floret. In platea quæ nunc Portaria dicitur, olim fuit templum Apollini, nunc D. Quintino martyri dicatum, & adhuc aliud Iovi ſacrum, vbi nunc templum eſt, quod vulgo *Noſtre Dame de la Aurade* dicitur. Portaria autem deriuatur à Latinis nominibus Porta & Aries; quod loci Iupiter Arietinus adoraretur; aut vt alij opinantur, quod illic eſſe figura ſigni Zodiaci Arietis, ſed prima ratio potior videtur, eo quod idolum Arietis præcipuum erat Tholoſatũ ſimulachrũ. Amphitheatri quod ibi olim fuiſſe di-

citur, paucaſuperſunt veſtigia, ſicut & Capitolij apud locum, qui inquiſitio dicitur: Arx eſt ſtructuræ rotundæ: ea quandam ſimilitudinem Capitolij Romani retuliſſe videtur. Romanos Tholoſam in pretio habuiſſe argumento eſt, quod ei ius Capitolij ſit conceſſum, non enim facile invenias, alicui civitati hoc fuiſſe indultum præterquam Narbonæ, Carthagini per Romanos reſtauratæ & Toloſæ, quæ ſedes eſt Parlamenti aut Curiæ ſupremæ totius Languedociæ.

Muret 3.

MVRETVM vulgo *Muret* oppidum eſt ad fluvium Garumnam ſitum, collis ei propinquus, ipſi imperitat, in ipſo ceſi fuerunt Albigeenſes, quibus aderant Rex Aragonum cæſus fuit in prælio, & cum eo 20. Albigienſium millia, accidit id Anno partæ ſalutis 1213.

o. *Pamiers 4.* o. *Foix 2.* *Simul 6*

FOIXIVM vulgo *Foix* oppidum Metropolis Comitatus Foixij eſt, & antiquitatis titulo clarum.

S. Girous 2. o. *Conſerans 4.* *Simul 6*

CONSERANS oppidum antiquitate celebre, in ripa fluvij Pamierſi. Epiſcopi ſede claret.

ITER LVTETIA PARIS. FANVM BERTRANDI.

Toloſam vſque numerantur in itinere præcedenti 107.

Muret 3. Rieux 2. Cazeres 2. o. *S. Bertran 3.*

Simul 117

COMINGIA antiqua civitas Comingiorum, ſita eſt in vertice & faſtigio montis, qui ab omnibus alijs diſtinctus eſt: ad eius radices fons erat, quē Turris inſigniter munita tuebatur: quum à Francis

præ

prædæ expoſita, Soloque æquata eſſet, reædificarique cœpiſſet S. Bernardi Epiſcopi nomen obtinuit. Ciuitatis territorium quod vallibus deprimitur, eximiæ eſt fertilitatis, ſuaque amœnitate oblectat ſpectatores, in montibus ſunt Sylvæ, paſcuaque pecudum gregibus aptiſſima præbent. earumque paſtioni plus quam vlli alio exercitio incumbunt incolæ.

ITER LVTETIA PARIS. SAMATHANAM.

Toloſam vſque numerantur mil. 107. Samathan 5. Simul 112

SAMATHAN Avrbs, partim in colliculo ſitta eſt, partim in valle per quam fluit Sava: dividit is ciuitatis corpus (quod Burgus dicitur) à foro, quod ipſorum lingua Marcadou indigitant. Superior vrbis pars, Arcis ſibi vendilat nomen, & merito, eius namque ſitus eſt ſtupendus, foſſæ Arcis ſunt præcipitoſæ profunditatiſque adeo immenſæ vt ſtupeant oculi, qui in eam deſiguntur, quod præcipue contingit ab eo latere, qua porta eſt, & pons arcis. Vndique circa Samathanum frequentes Burgi Arceſque viſuntur, territorium enim propter Soli vbertatem infinitis colonis ſcatet.

Lombes 2.

LOMBESIVM vulgo *Lombes*, olim vicus campeſtris fuit, nunc autem eſt oppidum muro foſſiſque cinctum in ipſo terræ abdomine ſitum. Vineta ſunt ab vno latere in colle, qui ſe extendit Samathanum oppidum vſque, ab alio latere, eſt peruenuſta planicies, quæ quocumque tempore frugibus

cooperitur, nec feriari permittitur, ſunt hic quoque peramœna pinguiaque prata, quibuſque nemo meliora ſibi poſſet optare.

ITER LVTETIA PARIS: AGENVM, BEAVMONTIVM, MANDE & Aucs.

Limoſum vſque numerantur mil. 81½. Betou 3. Syriay le Perche L'hoſpital Novaille 2. S. Rapher Tortuerah 2. Gubellon 1. Ayac Bonneval Ruffignac 2. Lebugo 3. Fumel 1. Montpaſier 1. Montferant 2. Montflanquin 3. S. Ragonde 1. Ville neufve d'Agenois 1. Poigot ¼. S. Antoine de Figadauna 1. N. Dame de Garemaz 3. Le Caulet 1. Agen 1. Simul *107¼.*

AGENVM vulgo *Agen*, oppidum in perpulchro territorio ſpectatur, adeoque fertili, vt pro ditiore abundantioreque totius Aquitaniæ habeatur, nam rerum omnium copiam, conferunt ipſi tria flumina Garumna, Dordonna & Lothus: Garumna alluit eius vnam partem multi autem Rivi Lambunt partem qua Fanum Vincentij eſt, ſæpe oppido aliquid adiectum videtur. De eius antiquitate nemo dubitare debet, cum Romani eius mentionem faciant, tum quod Garites populi, haud obſcuri fuerint, qui cum reliquis Gallis, Craſſo Cæſaris Legato ſe tradiderunt. Ptolemæus Agenum Metropolim Garitum dicit. Ageni ſedem habet Sanaſcallus, cuius iuriſdictio(excepto Pictavienſi)latius extenditur, quam alicuius alterius in Aquitania: ius enim dicit in vtroque Garumnæ latere habitantibus. Commercium & mercatura reddũt Agenum opulen-

opulentum,eo enim poſſunt omnia commode vehi Tholoſa Burdegala,& ex Cadurcorum & Rovergu-orum regionibus,

o. *Beaumont* 4.

Beavmontivm, vulgo *Beaumont* oppidum campeſtri loco ſitum eſt Metropolis ſui territorij.

o. *Mirande* 2.

Mirande oppidum,Comitatus Metropolis eſt.

o. *Aux* 2.

Avcs oppidum quod alluitur à Gers fluvio, in viva rupe ædificatum,adituque difficile eſt,niſi ab eo latere quo Vic de Favenſac tenditur. Vagum eſt à latere,quod vernacule *La Treille* dicitur , ſed pars oppidi ſuperior, quæ oppidi corpus habetur, populo frequens eſt . Templum Deiparæ virgini dicatum , inter pulchiora magnificentia ſpectanda, Europæ templa, recenſeri poteſt , ob ſtructuræ faſtum , marmora & antiquitatis monumenta, quæ in eo exſtant. Auxitani vt Ammian. Marcell. refert, vt dicta ſunt Novem populani, quod ipſis paterent 9. populi. Ptolæmeus dicit Auxitanos per ſe conſtare, vocatque ipſorum civitatem Auguſtam tanquam territorij caput, Strabo dicit Auxitanos fuiſſe cives Romanos & iuris Italici. Pom. Mela narrat ipſos excelluiſſe inter Aquitanos, novem illi populi, quorum ſupra facta eſt mentio, dicuntur vernacule Cominges, Coſerans, Lectoure,Varbe,Aire, Baſas,Dax, Baionne, Eſcar & Oleron.

Barage 1. Monteſaye 2. Polion 1. Marſiac 2. 0.
Tarbe 1. Simul 7.

TARBE oppidum, Metropolis Begorreæ prouinciæ, ſitum eſt in ripa fluuij quem veteres Adurum recentiores l' Adour vocant, is oppidi latus lambit, quod orientem ſpectat, in 4. aut 5. corpora diſtinctum eſt oppidum, quorum vnumquodque ſuum Riuulum atque portam habet, clauditurque.

Lourde 3.

LOVRDE oppidum quondam Lamperda dictum fuit. Eius fundamenta iacta ſunt quum Romani Gallis imperitabant: ibi Turris eſt fama celebris, quæ Anglis nunquam ceſſit, quamvis ab illis ſepe bellis fuerit petita: hanc à Romanis fundatam eſſe, vt propugnaculi loco foret, & vt legiones ibi hybernari poſſent, eſt credibile.

Oleron 1.

OLERON oppidum eſt in faſtigio montis, in ipſa montium aſperitate, inter oppida Courde & Nay & antiquis prorſus ignotum fuit.

ITER LVTETIA PARIS. BAIGNERES & PAV.

Tarbes vſque numerantur in præcedenti itinere 122½.
0. Bagneres 3.

BAGNERES oppidum, calida habet balnea, quibus corpori humano nihil gratius nec commodius eſſe poſſet, nec in circumvicinis montibus reperiuntur potiora. Fontes & origines balneorū ſitæ ſunt ad radicem montis, & immediate iuxta pedes rupium, vnde venæ ſulphureæ tanta copia fluunt, vt ante-

antequam incipias ſcandere montem, duo viſantur fontes vicini; quorum vnus bullit caletque, alter autem eſt extreme gelidus.

O. *Pau* 3.

PAV oppidum principatus Bearniæ Metropolis eſt, ſedes Principum peramœna: In ea Rex Henricus Alebretius inchoauit fauſtuoſum illud ædificium, quod nulli Principis Chriſtiani palatio cedit. Hic Curia ſuprema eſt, in qua omnia dijudicantur ſecundum fora, vſus & conſuetudines regionis.

ITER LVTETIA PARIS. LECTOVRVM.

Agen vſque numerantur mil. 107½. O. *Lectour* 6. Simul 113½.

LECTOR quondam Thauropolium dictum fuit tanquam multitudo Taurorum paſcentium. Notas magnæ antiquitatis habet. Situm eſt in faſtigio montis, fereque ab omni latere eſt inacceſſibilis, niſi portam Iacobitarum verſus, qua itur Toloſam. Artis ſtructura Pomanorum opus eſt, in rupe viva, cui nec ſcalpendo, nec tormentarijs machinis damnum inferri poteſt. Supra portam, quæ habet nomen à propugnaculo, duo viſuntur capita lapidea, cum inſcriptione quæ docet, ea iuſſu Rompeij facta, cum ſolus Conſul Romanus eſſet, quod fuit 26. annis, ante natum Chriſtum. Inter Francici regni oppida munitiora cenſeri poteſt lectourum, cuius incolæ ciuiles, humani rerumque cognitioni dediti ſunt; pauci exercent aliquam artem mechanicam, ſed plerique vivunt ex ſuis reditibus, & è terri-

torio oppidi, quod eſt fertile vini frugumque, nec ali quid deeſt ei, quod tanquam vitæ humanæ neceſſarium deſiderari poſſe videatur.

ITER LVTETIA PARIS. NERACVM, & CONDOMIVM.

Villeneſve d' Agenois in itinere Limoſio *Agenum numerantur 104½. Port S. Marie 4. o. Nerac 3. Simul 111½*

NERACVM vulgo *Nerac* oppidum eſt prædives, paretque Dominis Alebretiæ familiæ.

Condum 2.

CONDOMIVM oppidum, vulgo *Condom*, Metropolis Regionis Condomenſis; ſitum eſt in fertili territorio, iuxta viam regiam, longe, à fluvio, qui narus ferre poſſit, cuius generis eſt Baiſa, qui oppidi latus lambit, vndique fere cinctum eſt Condomium collibus qui vitibus conſiti ſunt. Ius dicit valentiæ oppido, haud longe à fluuio Baiſa diſſito, Lairaco ad Garumnam, la Romeo oppido, quod inter ipſum, & lectourum eſt, Neraco, Monti Reali, & alijs.

ITER LVTETIA PARIS. PERIGORDIVM & MIRAVMONTVM.

Limoſium vſque numerantur mil 81½. Betou 3. Tuviers 2. o. Perigeux 3. Simul 89½

PERIGORDIVM, ſiue Periguria civitas, vulgo *Perigeux* nomen populare obtinet: Ptolemeus Veſſunam dicit, quod nomen adhuc eſt rotunde turri, quæ ſatis integra conſpicitur ſi tempus quo fundata fuit ſpectetur; eſt in meditullio regionis,

cuius

cujus ipſa Metropolis, ſita in planicie vndique cincta, circundataque montibus & collibus, qui tamen civitati tam vicini non ſunt (excepta meridionali parte) vt ipſa tormentis quati poſſit ex ijs monticulis & colliculis, qui ſatis bonum delicatumque vinum proferunt. Ad civitatis partem ſeptentrionalem ſunt ruinæ Amphitheatri ſtructura eſt magnifica (vulgo les Rolphies dicuntur) exſtructum eſt Ampitheatrum forma ovali. Eius longitudo protenditur in 30. Orgyas, largitudo vero ad 20. eiuſdem eſt operis, cuius & turris veſſuna, in interiori Amphitheatri parte ſunt caueæ quibus includebantur feræ, quibus homines ad beſtias damnati objiciebantur dilacerandi: aut ijs Caveis aſſeruabantur illæ beſtiæ, donec in publicis ſpectaculis & ludis inter ſe committerentur. Apud civitatem fons eſt, qui Alumen ſapit, & circiter 500. paſſ. intervallo ac eo fonte, alter videtur, ad parvam ſacram edem, quam Carolus Magnus extrui curavit, cuiuſque habet nomen: Eius fontis guſtus eſt, cuius prior indicat hic ſapor, ineſſe territorio aliquid ſecrecioris naturæ, quam noſſe poſſet is, qui id perſcrutaretur. Commercium mercaturæ in hac civitate frequens eſt, exercenturque ſtudioſe mechanicæ artes, ab induſtrijs probiſque operarijs. Populus iſte quietus eſt magiſtratui ſupra quam dici poſſet obediens In Periguriana provincia oppidulũ eſt Linda nomine, ad fluvium Dordonnam ſitum, hic fons eſt, qui fluit è Turri quadrata, decẽ plus minus pedes alta, eius latitudo eſt ſemi Orgiæ, in interioris partis circũferẽtia. Huius fontis vena exurgitat tantũ aquæ, vt ſufficiat verſandis rotis duorũ piſtrinorũ; cum aqua effluxit

ex tur-

Digitized by Google

ex turri, (quæ prope Dordonnam fluvium eſt, circiter 50. paſſus, & ab territorio, natura alto, impeditur ne vlterius fluat, ad turrim refluit, & in hoc refluxu rotas dictorum priſtinorum verſat, quamvis autem vltra vnius pedis intervallum non ſit, à loco, quo aſcendit, ad locum vbi deſcendit aqua, attamen tanta vi refluit vt dictorum piſtrinorum rotas circumagat conijcitur, quod & veriſimile eſt, vltra Dordonnam eſſe fontem, qui per aquæ ductum ſub fluvio excavatum, fluat in turrim, quamvis vltra Dordonnam ſitam. Ratio conjecturæ eſt, quod vnius Miliaris ſpacio fluvij Dordonnæ fundus ſit rupes duriſſima, lapiſque vivus fortiſſimusque: tum quod vltra Dordonnam magnus eſt fons, qui in ſe in terram condit, in Scrobe aut Canali, in rupe excauato: exiſtimaturque eam aquam, per aquæ ductum, ferro ſub fluuio excifum, in turrim duci Cæſar itaque aut alius Romanus Imperator (cum ij hanc provinciam poſſiderent Canalem illum ſub fluvio excauaſſe autumatur.

S. Dram 2. o. Miraumont 2. Simul 4.

MIRAVMONT oppidulum eſt: in eius vicinia videtur Crypta, quam regionis incolæ *LeCluzeau* vocant, de qua qui eam ſunt ingreſſi res mirabiles narrant, nempe, eam ſub terra protendi ad 5. aut 6. miliaria in eaque eſſe aulas pulcherrimas, cubiculaque, quorum aliqua ſtrata ſunt lapide varij coloris, ſiue vermiculato (quod opus Muſaicum vocant): Præterea referunt in Crypta eſſe Altaria, & multis locis picturas; veſtigia quoque omnis generis pecudum, minutorum & grandium in ea conſpici, fontes & fluvios quoque ineſſe, eorum

vnum

vnum 100. aut 120. pedes largum, rapide impetuoſeque fluere: valde cavum eum eſſe & profunditatis admirandæ, nemo audet tranſmittere fluvium, quamvis vltra eum longe lateque terra pateat. Cryptam nemo ingreditur, niſi pluribus ſit concomitatus magnoque facium accenſarum laternarumque numero inſtructi ſint ingredientes, & cibis coctis quibus veſcantur, ſi forte fortuna aberrarent: aliunde Crypta lumen non habet quam ex ingreſſu.

ITER LVTETIA PARIS. BLESAS, AMBAXIAM, CHASTELHERAVTVM Pictavium & Engoliſmiam.

Aureliam vſque numerantur mil. 30. S. Meſmini 2. o. Clery 2. Fondpertuis Trois Chemineeſ Baugencey 2. S. Laurent des eaux 1. Novan Mande S. Dier 1. Monliant Noiſeux o. Bloiſe 2. Simul 40½

BLESAE, vulgo *Blois*, antiquum eſt oppidum, vulgo regalis civitas dicitur, quod Reges Francorum ſæpe ibi verſentur, & in ea educari liberos curent, allecti aeris ſalubritate. In eo videntur Aquæductus tanta latitudine & altitudine, vt tribus equitibus ſimul æquitantibus tranſitum præbeant.

Choiſy 1. Eſcures 1. Veſue 1. La Mare 1. Haut chantier o. Amboiſe 2. Simul 6.

AMBAXIA oppidum, vulgo *Amboiſe*, ſitum eſt in ripa Ligeris fl. tam iucundo territorio & vbi aer adeo ſuauiter ſpirat, vt non facile in Francia ſimile oppidum reperiatur, eaque de cauſa degunt ibi frequenter reges Franciæ.

Blera

Bleray 1. Leſau 2. Mantelan 2. Semes ½. (liquatur ad dexteram.) Selle 2. Les hommes S. Martin 1. Le port de Piles ½. Dangler 1. o. Ingrande 1. o. Chaſtelherault 1.

CHASTELHERAVLCVM; vulgo *Chaſtelherault*, oppidum Ducatus titulo clarū eſt. Simul 11½

La Tricherie 3. Iaulnais 1. Chaſſemil. 1. Lepont des Anſes 1. o. Poictiers 1. Simul 7.

PICTAVIVM vulgo *Poictiers*; ciuitas multis egregiis ædificiis ornata eſt; ſumma nimirum æde D. Petro dicata, Arce Palatioque, cui contiguæ ſunt Arenarum ruinæ, quæ teſtantur Pictavium à Romanis conditum eſſe. Academia floret, quæ anno à partu virginis 1431. regnante in Francia Carolo VII. erecta eſt, Epiſcopali quoque ſede decoratur Pictavium.

Crotelle 1. Roſſinuay 1. o. Vivonne 2. Ab. Valence 3. Connay ½. Chaunay 1. Chauliay 1. Linazay 1. Maiſon blanche 2 Les Hageoz 2. o. Ruffec 2. Manle 4. Toverines 1: Pont de Touvre 2. Tallonneau o. Angouleſme 2. Simul 25½

ENGOLISMIVM, ſiue Angoliſmia vrbs, notas habet magnæ antiquitatis. Non longe ab ipſa eſt Scaturigo aut potius Abyſſus admiranda, vulgo dicta *Touure*, quæ latitudine Charentam flu. ſuperat, in quem ſe exonerat hæc Abyſſus, cuius fundus haud inveniri poſſe exiſtimatur, nec aliquis certo ſtatuere poteſt, vnde hic fons tanta aquarum copia inſignis & profundus, originem habeat; cinctus eſt herboſis & lætis collibus, coopertus vero cygnis; vulgari proverbio, ſtratus eſſe dicitur eius fundus,

optimis

optimis Trutionibus, qui Salmones ſabiunt.

ITER LVTETIA PARIS, COGNACVM.

Pictavium vſque numerantur 65. Channay in praecedenti itinere 8½. *Solraiz* 1½. *Montian* 1½. *Viliers* 1. *Villeſaignau* 1. *Tuſſon* 1. *Aigre* 1. *Ville Leſus* 1. *Auges* 1. *Sonneville* 1. *Corbillac* 1. *Nanſilliac* o. *Cognac* 1½. Simul 86

COGNACVM oppidum eſt regale. Eius territorium vino abundat, quod inde nomen habet, diciturque Cogdacenſe.

ITER LVTETIA PARIS. XAINCTES, BVRDEGALAM & DAQS.

Pictauium vſque numerantur mil. 65. *Crotelles* 1. *Colembieres* 2. o *Luſignan* 2. *Chevaix* 2. *Cheray* ½ *La Barre* 1. o. *S. Legier de meſle* 1. *Brion* 1. *Ville Dieu Aulnois* 1½. *Aulnay* 1. *Pailliers* 1. *Bricleu* 2. *Eſſoyaulx* 1. *Veneran* 1. o. *Sainctes* 1. Simul 83.

XAINCTES ciuitas olim Mediolanum. ſemper pro Metropoli provinciæ Santonum habita fuit. Romani nomen ei mutarunt, eamque appellerunt nomine populi, qui ei imperitabat, vti etiam accidit Periguro Lemovico & Pariſiis. Antiquitates quod attinet videntur ibi fundamenta Amphitheatri, ei ſimile, quod Perigurij extra vrbem eſt, & circaiter, quod San Iano Angelum tendit, viſuntur aliqueruinæ Aquæductus, aquarumque & fontiũ Canales, qui in ciuitatem ducebantur. Sed maiore admiratione dignus eſt Arcus antiquus, in ponte fluvij

Charen-

Charentæ, ante ciuitatem. Epiſcopali ſede ornata eſt hæc ciuitas.

L'Hoſpital neuf. La maladerie o. *Ponts* 4. *Recoſe* 1. *S. Geruais* 1. *Preſſac* 1. *Ab. La Tenaille* 1. *S. Diiſan Mirambeaux* 1. *Petit* ½. *Pleine ſeve* 1. *S. Aubin* 2. *Le pays des feneſtres* 1. *Eſcaulieres* 1. *Gigot* 2. o. *Blaye*

Simul 18½

Hinc nauigatur Burdegalam, diſtantem mil. 7. videntúrque in itinere loca ſequentia. Roche d'Eſtaux Bour oppidum ad ſiniſt. Le Bec dambrois ad ſin. Montferrant Macaut ad dexteram. Blanquefort Lemont port mar. ad ſin. o. *Bordeaux.*

BVRDEGALA vulgo *Burdeaux* oppidum, anti qui Burdegal dixerunt, abbreuiantes & aliquo modo mutantes nomen Biturigala. Olim huius oppidi incolæ dicti fuere ſecundi Bituriges: primi autem, qui nunc vulgo Berruuiers dicuntur, Biturigum ciuitatis incolæ. Ptolemeus Burdegalenſes vibiſcos dicit, quos Plinius inter Santones liberos recenſet, & vibiſcorum nomine compellat. Strabo eos Ioſces dicit, ſed vocabulum corruptum, & Ibiſces legendum eſt. Burdegala longa antiquitatis laude gloriari poteſt: argumento ſunt muri, qui in eius meditullio ſpectantur, vnde conici poteſt, olim ampliorem fuiſſe quam nunc eſt. Auguſti Imp. tempore floruit: vetuſtates ſunt in ea inſignia argumenta, nempe palatium tutelæ, quod ciuitatis genito dicatum erat, & dijs tutelaribus, id extra muros ciuitatis olim fuit, in ora foſſæ, quæ ad ſeptentriones vergit, ciuitati incluſum eſt, conſtat id ex lapide quadrato; longum eſt pedes 87. latum autem 63

in par-

in parte interiori ſunt fornices, forma planæ, vt antiqui exſtruere conſueuere: ſuperior pars plene aperta eſt, tectoque caret, in eo 8. columnæ ſtriatæ fuerunt ab vtroque latere, & 6. in fine latitudinis extremæ, quarum 18. adhuc erectæ ſtant. Palatium quod Galerne dicitur, eſt extra ciuitatem; eius muri, ſunt materiæ, cuius & veteris ſeu primi, 370. pedes longum eſt, 230. largum; Amphitheatrum fuiſſe ovali forma conſtructum nemini dubiũ eſſe debet. Celebri Academia, in qua docetur omnes artes, ornata eſſe Burdegala; ſedesque Muſarum. Hic copia cornu eſt, rerum omnium, deliciæ hominum, & locus in quem Deus ſua bona effudit, nihil enim eximij eſt in alijs vrbibus, quod non hic ſit, ſiue victui neceſſaria, ſiue arma, ſiue mercaturam, ſeu quod maximum eſt, bonas literas arteſque ſpectes. In Gallia nulla provincia eſt, quam Bachus ſuis muneribus largius donarit. Vinum (quod vulgo de Gavre dicitur (toti Europæ occidentali & ſeptentrionali notum eſt, omneſque hic ſuas merces venum exponunt, vt earum loco, tanti pretij liquore potiri poſſint; aut vino, quod vulgo *de Larmont & de la Baſtide* appellatur & locorum vicinorum, aut vino quod longius à ciuitate creſcit, Melini nimirum, de quo multorum eſt ſententia, id Græcis illis Malvaticis & Cræticis non eſſe poſtponendum. Panis qui vulgo *de Potenſac & d' Alenſon* Cloca ciuitati vicina ſunt) dicitur, pro delic atore Guiennæ habendus eſt. In cœmiterio D. Severini labrum eſt Tymbi forma, ſuper lapides, qui id aeri exponunt collocatum, id plenilunio aqua impletur, & quo luna magis decreſcit, eo magis minuitur aqua.

Portes 2. Bodenſac 4. Largen 1. Capſieux 3 Traverſe 2. Roquebort 2. Mont de Marſan 3. Millas 2. Tartas 1. S. Severe 2. O. Daqs 2. Simul 24.

DAQS vrbis incolæ Ptolemęo Daſcij dicti ſunt; multi aquas Auguſtas eſſe putarunt propter balnea (quæ vulgo de techis dicuntur.) commode ſita eſt Daqs, & forma quadrata extructa, vallo foſſaque adeo probe munita, quam aliud Franciæ oppidum; aquarum tantum habet quantum optari poſſit; in ſe claudit balnea calida, quæ multis morbis medentur. Cum Daqs Anglis parebat, nobilium vrbs dicta fuit, quæ à 12. eius territorij nobilitate claris viris regeretur, quorum vnuſquiſque in ea habebat Turrim, quæ ſuæ gentis ac familiæ nomen gerebat. Extra vrbem, circa arcem D. Panthaleonis, eſt fons aquas ſalſas effundens. Cuius generis fontes multi ſecundum montes Pyreneos viſuntur, ex quorum aqua coquitur ſal, qui quamvis pulcher ſit, eſt tamen corroſivus; ſui enim natura exiſtit aliquantulum aluminoſus. Quarta vnius milliaris parte ab vrbe eſt antrum (vulgus *La Grotteſque* dicit) in quo tres ſunt Tymbi, qui plenilunio per ſe aqua implentur, decreſcente vero Luna, ne aquæ guttam retinent: res hæc rara admodum, notatuque digna eſt. Vt paucis dicatur, Aquenſe territorium multis eſt rebus inſignitum, nempe frugum fertilitate, Balneis, ferri & aliorum metallorum venis, Bitumine, & civium probitate.

ITER LVTETIA PARIS. BAIONAM.

Burdegalam vſque in itinere præcedenti numerantur mil. 108½. Petit Bordeaux 2. Tailliers. Belin. 3 Muret 2.

ver 2. Lipoſtet 2. Bouhere 2. Ianquillet Haria 2. Eſperon 2. Caſtels 2 Mathique 1. S. Vicent de Tortoſſo 1. Le Barat de Beno 1 S Martin 1. o. Baionne 2. Simul 31½

BAIONNA, vulgo *Baionne* Metropolis eſt Vaſconum. Ptolemæus aquas Auguſtas dicit, ponitque pro Metropoli Tarbellionum. Sita eſt Baionna in ripa maris occidentalis, eo loci, quo fluvij Adurus & Grave ſuas aquas miſcent maritimis. Pro munitiſſimo omnium quæ Francorum regi parent habetur, iiſque oppidis annumeratur, quæ obedientiæ laude præſtāt. Regi Franciæ Carolo ſeptimo ſe tradidit hoc oppidum, cum ſe admirabili modo ab Anglorum ſervitute emancipaſſet. Metropolis eſt Biſcainorum & Cantabrorũ, qui Regi Franciæ parent, eius iuriſdictio protēditur vltra fluvium Iron, Fani Iohannis de Luz oppidum vſque, quod Franciæ regnum ab Hiſpanico ſeiungit. Oppidi Baionnenſis Gubernator ſive provinciæ præfectus non exiguę authoritatis eſt, nec niſi Rex, & eius ſanguinis principes, armis inſtructi, oppidum ingrediuntur, alij omnes ingreſſuri, arma ad oppidi partem inferiorem relinquere coguntur.

ITER LVTETIA PARIS. RVPELLAM.

Pictavium vſque numerantur mil. 65. *Tortelles* 1. *Colembiers* 2. o. *Luſignan* 2. *Rovilly* 3. *Perrou* 1. *Sot dan* 3. o. *S Maixent* 1. *Liſle Dieu* ½. o. *Niort* 3. *Frontenay labbatu* 3 *La Neuvoire* 5. *Tourſſon* 2. *Nivaille* 2. o. *La Ro helle* 4. *Simul* 89½

RVPELLA, vulgo *Rochelle*, ſita eſt in elevatione ſeptentrionali 45. graduum, nullaque antiquitate commendatur, Reges Francię eam extrui curarunt ob portus commoditatem, vtque incolę

reſiſtere poſſent piratis, qui oram Armoricam deprædabantur: fere ſolus eſt hic portus in provinciæ Santonum, vbi naves poſſunt habere commodam ſtationem, itaque Aſylum eſt, & munitio totius provinciæ. Mare ei eſt ab vno latere vicinum, ab alio paludes. Nullus fere ad eam aditus eſt tormentis bellicis, quibus quati poſſet. Muris, propugnaculis, foſſis & aliis munitionibus, adeo probe eſt munita, vt nulla Galliæ vrbs, cum ea contendere poſſit, ſive munitiones, ſive divitiæ ſpectentur, non hic agitur de amplitudine, nam ea multo ampliores reperiri poſſent, ſed eæ cum Rupella de ſplendore, & rerum omnium copia contendere haud poſſent.

ITER TVRONVM, LODVNVM & MARANS.

Amboiſe vſque numerantur mil. 46½. *Luſſault* 1. *N. Dame de bon deſir* 1. *Montlouis* 1. *Laville aux Dames* 1½. o. *Tours* 1⅞. Simul 52¼.

TVRONVM oppidum vernatile Ædificatum eſt à Gallis, adeoque excelluit olim, præ aliis Galliæ ciuitatibus, vt caput multarum nationum fuerit. Cæſari inter primas Gallorum noti fuerunt Turones. Ptolæmeus eos turegios nominat, ripam ligeris incolentes: eſt ex ditiſſimis Franciæ civitatibus, divitias conſequitur ex fertili territorio, eiuſque diligenti cultura, & quod rem familiarem probe curent incolæ, qui mercaturæ quoque addicti ſunt, navant quoque operam parendæ Byſſo, quæ hic tam probe ſubtiliterque paratur quã in Italia. In eius territorio, & fere in ipſis portis, & ſub

ſub mœnibus Turonum circa annum Chriſti 729. ſuperavit Carolus Martellus necique dedit Regem Saracenorum, cum quadringentis militum millibus qui ſubiugata prius Hiſpania, Galliam inuaſerat. Turonenſes etiam hac in parte æternum nomen meruerunt, quod non ſolum Saracenis illis acriter reſtitere, ſed & Chriſtianis, cum prælium anceps eſſet, aditum in vrbem præcluſerunt quo ſalutem non in fuga ſed fortiter dimicando quærerent.

Savonnieres 2. Columbieres 1. Vallere 2. Le port hunaul ſur Indre 2. Labelle croix 1. (tranſi ſylvam) Bengnay 1½. Chinon ſur vienne 1. (hic incipiunt magnæ Leucæ) tranſi pontes de Nonnain (ſunt Arcus lapidei, ſe protendentes ad mil. dimidium) Pavillay ½. (aſcende collem Parillay & relinque Beuſſe ad dexteram.) o. *Loudun 2.* Simul 13.

LODVNVM, vulgo *Ledun*, oppidum quidam Pictavienſi ditioni attribuunt. Sedes regij Tribunalis eſt. Capones Ludonenſes ob molem & opimitatem celebres ſunt.

Gaciam 1. o. *Moncontour 1. S. Genereux 2.* o. *Airvault 1. Gourge 2. S. Geurge 1.* o. *Parthenay 1. Aſſonne 2. Feurou 1.* o. *Coulonges 2. S. Paul 1.* o. *Fontenay 2. Le Guede velviae 1½.* o. *Marans 2.* Simul 20.

MARANS oppidum eſt ad Oceanum Aquitanicum commerciis celebre.

ITER LVTETIA PARIS. LVSSONVM & TALMONTIVM.

Lodunum vſque numerantur mil. 65. Fontenay diſtat

Luduno, ſicut videtur in itinere præcedenti 17. Petoſſes 2. Nailhers 1½. o. Luſſon 2½. Simul 88

LVSSONVM, vulgo Luſſon oppidum eſt Pictaviæ mercatura negotiationeque celebratum.

Lodunum vſque numerantur mil. 65. Brie 2. o. Tovars 2. o. Breſſuyre 4. Berchauſſe 2. Creeſay 1½. o. Pouzanges 3. Reaumur 1. Chavaigne 2. Sigournay 1. Chantaulay 1½. Changebert 2. Tablier 1. Aurille 3. o. Talmont 1. Simul 92

TALMONTIVM, vulgo *Talmont*, oppidum Principatus titulo clarum eſt.

ITER LVTETIA PARIS. RVPEM ad Yonnam.

Lodunum vſque numerantur mil. 65. Meſteraye 1½. Tillay 1. S. Hilaire 3. o. Roche ſur Ion 3. Simul 88

RVPES ſur Ion, vulgo *Roche ſur Ion*, Principatus titulo ſe effert.

ITER LVTETIA PARIS. BEAVVOIRVM.

Turonium vſque numerantur mil. 52½. Chinon ſur Vienne diſtat Turonio ſicut indicatur in itinere Turonio Lodunum 10½. Chavigny 2. Sayz 3. o. Montreubelay 2. o. Paſſavent 2. o. Maulevrier 3. Mallenpure 3. S. Marc 1. Peu au ſon 3. Les Herbieres 1. Barottiere 1. Chavaignes 1. o. Montaigue 1. Vielle vigne 2. Boams 1. Froideſons 2. o. Beauvoir 3. Simul 94

BEAVVOIRVM, vulgo *Beauvoir ſur mer*, oppidum eſt præclarum, ad Oceanum Aquitanicum.

ITER LVTETIA PARIS. GAVACHAM.

Monta.

Montagutum in itin. praeced. num. 86. Pulrian. 2. La Gavache 5, *Simul 93*

ITER LVTETIA PARIS. BLESAS, CARNVIVM vulgo *Chartres* CHASTEAV dunum, Vindocinum, Andegavum & Nannetam.

Le bourg la Royne 2. Le Pont Antony 1. Maſſy 1. Palaiſeau 1. Ourſau 1. S. Cler de Goumaiy 2. Chaumuſſon 1. Bonnelle 1. Rochefort 1. S. Avoul 1. Ablyz 2. Le gue de Lorray 2. o. Chartres 4. *Simul 20*

